

Dissertatio Exegetico-Porismatica, In Gen. III, 19. De Comedendo In Svore Vvltvs Pane, Nonnvlla Inde Consectaria Eliciens

Rostochii: Typis Io. Iac. Adleri, [1735]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003403492>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 30.Mart.1735
Engelcken, Herm. Chph.

DISSERTATIO EXEGETICO-PORISMATICA;

IN GEN. III, 19.

DE

COMEDENDO

IN SVDORE VULTVS

PANE,

NONNVLLA INDE CONSECTA:

RIA ELICIENS.

QVAM

DEO AVXILIANTE,

SVM. REV. FACVLT THEOL. BENEVOLE SVFFRAGANTE,

SVB PRAESIDIO

DN. HERM. CHRISTOPH.

ERCKEN,

S. S. THEOL. DOCTORIS, EIVSQVE PROF. PVBL. ORDINARIJ,

OPTIME MERITI, ORDINIS THEOL. SENIORIS MAXIME VENE-

RABILIS, ET H. DECANI SPECTABILISSIMI, NEC NON

AD. AED. DIV. JOH. PASTORIS VIGILAN-

TISSIMI,

PATRONI, PRAECEPTORIS, ET HOSPITIS OMNI REVERENTIA,

SVMMOQVE, QVOVIS FILIALIS OBSEQVIJ, CVLTV

PROSEQVENDI,

IN AVDITORIO ALMAE ROSARVM MAXIMO,

PVBlice DISCVTIENDAM PROPONIT.

AVCTOR

ERNEST. CLEMENS BÜTTNER

JORCKA-BREMENSIS

D. XXX. MART. A. R. S. MDCCXXXV.

ROSTOCHII,

Typis IO. IAC. ADLERI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.

Vom Brot
in Schwesig
des Bürgerrechts

38

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

2

1735

1735

DEO. TRINIVNI.
PATRI. FILIO. ET. SPIRITVI, SANCTO.
BENEFICENTISSIMO.
OPTIMO. MAXIMO.
SE. SVVMQVE. OMNE.
SACRVM.

DEINCEPS.

PATRONIS. PROMOTORIBVS.
FAVTORIBVS.

ET EVERGETIS, SVIS.

PIETATEM. SERIAM. OBSEQVIA. AETERNA. STVDIA.
STRENVA.

PRECES. PRO. SALVTE. ARDENTES.
CONSECRATA.

NEC. NON.

PATRIAE. SVAE.

INPRIMIS.

DVLCI. IN. QVO. NATVS. SOLO.

MAGNOPERE. DE. SE. MERENTI.

FIDEM. SANCTAM. AMOREM. HAVD. FVCATVM.
DICATVM.

VVLT. ET. DEBET.

NON. QVIDEM. QVANTVM. DEBET.

CVM. PLVRA. DEBEAT

NEC. VVLT. TANTVM HAEC.

CVM. MAIORA. SEMPER. VELIT.

SED. QVANTVM. POTEST.

X 2

ET.

ET. TANQVAM. ARRHABONEM.
HOCCE. SPECIMEN. ACADEMICVM.

IN.

NVMINIS. ALTISSIMI.
LAUDEM. HONOREM.

PATRONORVM. PROMOTORVM.
FACTORVM.

ET. EVERGETARVM.

DIGNAM. ET. IVSTAM. VENERATIONEM.

PATRIAE. CARISSIMAE.

DEBITAM. GRATAMQVE. MEMORIAM.

SVI. IPSIVS.

INSUPER.

VLTERIOREM. COMMENDATIONEM.

OFFERT.

HVMILLIMVS. SVBIECTISSIMVS. DEVINCTISSIMVS.

ERNESTVS. CLEMENS. BÜTTNER.

S. S. THEOL. CVLTOR.

ASSER-

VIRO Admodum Reverendo, Amplissimo, atque Doctissimo
DOMINO JOH. SAMUELI BÜTTNERO;

Ecclesie Jörkensis in Ducatu Bremensi Pastori vigilantissimo, ac Di-
strictus adjacentis Præposito gravissimo, Fautori ac Ami-
co suo æstimatissimo, honoratissimo

χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν!

P R Æ S E S.

BÜTTNERIANUM nomen me in oculis ferre, procul omni furo, ac
inanibus verborum lenociniis, ingenue profiteor. Recordor adhuc
probe intimæ illius voluptatis, quæ ex commercio litterarum cum *Parente tuo*,
Coniliario Consistoriali, ac Ministerii Bremensis Seniore specta-
tissimo, *ὄν ἐν ἀγίοις*, in me vice plus simplici redundavit, quando-
quidem interdum non de re nullius momenti per epistolas amæbzæ in-
vicem collocuti sumus. Nec unquam deponam gratam plurimum Re-
verendi DN. Fratris tui, ANGELI MATTHÆ, jam Pastoris Freiburgen-
sis meritissimi, memoriam, quippe quem non solum in ædibus meis, &
convictu meo habui, pariter atque Auditorem industria ac morum sua-
vitate nemini secundum conspexi, sed etiam in publicam olim produxi
cathedram. Et ecce! novo perfusus sum gaudio, *Vir Admodum Reve-
rende!* cum ante duos retro annos, *Filium Tuum*, natu maximum, ERNE-
STUM CLEMENTEM, mihi commisisti formandum, sacrisque imbu-
endum scientiis, id à me seriis insimul impetrans precibus, ut eum &
domesticum & convictorem meum esse finerem; Ita enim, (id quod pro-
pitia testor veritate ac conscientia) per illud temporis spatium in Alma
Rostochiensis se gessit, ut illius similes optaremus omnes. Prælectionibus
meis *dogmaticis, Moralibus, Exegeticis, Symbolicis*, aliis, concatenata
interfuit navitate, propositas doctrinas in succum convertens ac san-
guinem, qua cum industria decentem vitæ rationem sororio connexuit
vinculo, ut sodalitiū pravum cane pejus ac angue defugeret, nec nisi
cum paucissimis, probitatis laude conspicuis, jucundam coleret ami-
citiā. Et cum illi ita licuerat esse felici, ut vicinum & mûxio suo
conterminum fortiretur Conterraneum suum, Clar. DN. LINOVIUM,
ad optima quævis pariter grassantem virtutis via, tam arcta ac amœna
inter utrumque efflorescere cœpit, voluntatum, animorum, studiorum
consensio, ut laudatissimum illud Amicorum par, *Basilium ac Gregorium
Nazianzenum*, quos curas, labores, gaudia, querelæ, inter se divisisse ac-
cepimus, videretur revixisse. Hac ratione factum est, ut pia æmulatio-
ne incenti, indies evaderent doctiores ac meliores. Gratulor tergo, iterum-
que gratulor *Tibi, Vir Amplissime*, insignem hanc in *Filio* optime morato,
felicitem, quippe quem, ulteriori assistente gratia divina, egregi-
um olim Ecclesie Evangelicæ ornamentum futurum, non tam spero, quam
certo confido. Et cum abiturus ex Alma nostra prælaudatus *Filius tuus*
publicum quoque eruditionis comparatæ specimen edere in animum in-
duxit, nullus dubito, quin Auditorium Academicum doctissimis discursi-
bus animaturus, & Dissertationis suæ assertiones mascula tuiturus sit
virtute. De cætero supremum Numen supplicibus imploro poplitibus, ve-
lit *Tibi, Vir Admodum Reverende!* totique splendidissimæ familie, uberem
benedictionis, qua Corporalis qua Spiritualis, copiam benignissime im-
pertiri. Me vero Tuo perpetuo favori, amori, precibus, commendatum
cupio quam enixissime. Vale! Dabam Rostochii Ao. *Χρ. 1807*: d. 29. Mart.

5

PRÆLUSIO.



Llam demum optimam ac præstantissimam esse Exegesi, quæ & perspicua Sacrarum litterarum explanatione, & frugiferorum Consecratorum collectione constat, Exegetarum filii haud pauci condocent, cum *B. Chladenio Institut. Exeget. Part. Gen. Cap. III. p. m. 193.* Pandectæ nimirum diuinæ foecunditate, ubertate, ac fertilitate insigni pollent, ita

ut quaelibet sententia, assertio, vel propositio Spiritus S., varias ex se gignat doctrinas, ad fidem vitamque formandam, apprime facientes. At splendide sibi aliisque imponunt, qui cum PAPAË ROMANI bafiatoribus, CALVINI nepotibus, COCCEII asseclis, aliis, sensus litteralis multitudinem comminiscuntur, ac ex illa foecunditatem Sanctæ Scripturæ metiuntur. Nam multiplex in vno eodemque sermone sensus verbi diuini, repugnat *TVM proprietati* egregiæ, quæ est *certitudo* indubia, dum certos nos reddit Spiritus S., quidnam, præsertim in dictis, fidei morumque dogmata inculcantibus, nobiscum communicare velit. *2. Pet. I. 19.*; *TVM fini optatæ*, quæ est simplices quoque ac imperitos ad salutem erudire *Pf. XIX. 8. 2. Tim. III. 15.* Quomodo enim, quaeso, pluribus istiusmodi sensibus capiendis illi sufficient? Accedit, eam cuiuslibet locutionis esse indolem, ut qui intelligi cupit, vnicum duntaxat propinet sensum, de quo si nobis constat, genuinam ac veram assecuti sumus alterius mentem. Quidni gemino modo comparatum esset cum sermone Spiritus S. omnium optimo? *Coas. B. Glassii Philolog. S. p. m. 265. seqq. Dannhaueri Hermeneut. S. p. 24. seqq. Pfeifferi Thesaurum Hermeneut. p. 126. seqq. p. 160. seqq. Meisneri Philosoph. Sobriam P. I. Sect. I. p. m. 159. seqq. P. II, Sect. III, p. 589. Quensted. System. P. I. p. 128. seqq.;* & contra *COCCEIVM, B. Schomeri Collegium Controversiarum Cap. II. S. 9. p. 30. seqq. Alberti diss. de Carrethanismo & Cocceianismo Cap. II. S. 22. seqq.*, ac ex ipsis Reformatis, *Hulsi Specimina Theologiae Hypoëticae P. I. disp. 2. S. 20. p. 16.* Et cum sic opinionem de foecunditate Scripturæ, in

A

multi

inmultiplici sensu consistente, non possumus non habere in spuris ac re-
 ticulis, ex se patet, cane peius atque angue defugiendam esse infruni-
 am illam audaciam, qua inconsiderati *Bibliorum Berlenburgensium* Pa-
 rentes, Fanaticismi toxico penitus infecti, e triplici Scripturae, quem
 crepant, sensu, scil. *literali, Spirituali*, (eoque ex turbidis *COCCEII*
 fontibus hausto) ac mystico, (eoque ex foetidis insanarum praesertim
 mulierum, *GVIONIAE, LEADAE, BOVRIGNONIAE, PETERSE-*
NIAE, & similium, lacunis, petito) vnicum, eumque ab ipso Spiritu
 Sancto, vt in *Praef. Pts I. p. 4.* loquuntur, intentum, faciunt, sic-
 que nescio, quam monstruosam feracitatem, portentorumque copiam,
 facerrimis eodictis biblici verbis ac effatis affricant, quapropter *μωρο-*
λογιστον istud dextre proferbere suscepit Celebratissimus *Dn. D. Joh.*
Dan. Kluge in Spiritu erroris in Berlenburgensium Bibliorum opere, Spe-
cimine I. S. V. p. 13. seqq. (Cui ad Angiae illud stabulum repurgandum
 optatas animi corporisque vires summum Numen clementissime lar-
 giatur) *Comp. S. Reu. D. D. Mart. Frisii defensionem purioris doctrinae*
contra recentes Commentationes Berlenburgi editas. Foecunditas ergo
 verbi diuini non in sensus prolixitate, sed vsuum, qui dicuntur, va-
 rietate consistit, id quod tum omnium in oculos illabitur, si ex senten-
 tia quadam biblica, eiusque sensu rite percepto, legitima, per bonae
 consequentiae virtutem, eliciuntur porismata, tam dogmatica quam
 moralia, adeoque diversimoda subsequitur applicatio; Qua in re com-
 monstranda, post alios, operam suam commodauit *Dn. M. Joh. Dan.*
Stauckardus in Tentaminibus sacris P. V. p. 77. seqq. Verum enim
 vero, cum arcti Praefaminis limites plura praemittere vetent, allata ha-
 ctenus de foecunditate Scripturae dilucido quodam specimine in a-
 pricum deducere sedet animo. Postquam nimirum alio iam tem-
 pore a *Magn. Dn. Praefide in dissert. Exegetica, de comedendo in sudore*
vultus Pane, effati illius *DEI* peregregii *Gen. III. 19.* sensus indubius
 ostensus, & contra *Gichtelianos* vindicatus fuit, operae pretium erit,
 potiora confectionaria, alia quidem ex dicto excitato magis, alia minus
 prono, alueo profluentia, alia prolixiori, alia breuiori filo pertractata,
 conspectui filtere, quo sic largae propositionis istius breuis diuitiae
 longe pandantur lateque. Huic autem fini certae inferuient *Affertio-*
nes, se inuicem, prout fors tulerit, excipientes. Tu alme
 DEVS! benedic, quaeso, instituto, & mentem
 dirige manumque. Amen.

ASSER-



ASSERTIO I.



LN labores (*) incumbere decet (**), non obstante, quae illos indiuidue comitari solet, varia molestia. (***)

(*) *Laborum* nomine quid intelligatur, fugit neminem, ut facilius cuiilibet sit, prolatum hoc vocabulum, & quid eo significetur, intelligere, quam accommodam illius definitionem suppeditare. Quapropter in re tam clara ac obvia prolixè describenda elaborare ac defudare non erit opus. *Aristotelis*, Philosophorum Principis, aequè ac *Ciceronis*, eloquentiae fluminis, sententiam & explicationem in medium affert, calculoque suo comprobat *Matthias Flacius in Clavi Scripturae Dart. 1. col. m. § 20.* scribens: *Labor est, teste Aristotele, actio aut opus, cum molestia coniunctum, seu (ut Cicero definit in Tusculanis) functio grauior & difficilior corporis & animi. Complectitur ergo tum vtilem actionem, tum & eius molestiam, Deut. 1. 12.* Forte tamen dilucida magis ac perfecta ratio *Labor* salutari potest, susceptio ac peractio operis cuiusdam honesti, vtilis ac liciti. siue anima, siue corpore, pro cuiuslibet vocatione ac statu, in nostri vel alterius emolumentum, facta. Ex quo patet, partim, laborem alium dari animae, alium corporis; partim actiones impias, e. g. latronum, furum, aliorum, inuitiles item & ludicras, e. g. funambulorum ac praesli-

giatorum, & id generis plures, laborum nomine indignas cen-
feri; *partim* laborem se diffundere per *singulos hominum status*,
vti postmodum demonstrabitur *Affert. 2. partim finem laboris*
esse nostri vel proximi emolumentum, vbi tamen omnino *gloria*
DEI, tanquam *finis primarius*, negligi non debet *1. Cor. X. 31.*
Comp. *Rauanelli Biblioth. S. P. II. p. m. 6.*

(**) Laboribus strenue incumbendum esse, tanta veritatis luce co-
ruscet, vt mirari iure subeat, qui inconsideratorum mortali-
um aliqua pars, Soli tenebras affundere, & rem in meridie
positam, inficias ire non reformidet. Nae I) statim post la-
psum, sequens personuit *mandatum diuinum: In sudore vultus*
tui comedas panem. Quid, quæso, aliud nobis hic acclamatur,
ac: laborandum esse? Nullum enim pondus secum vehere,
quæ, ad elidendam mandati huius veritatem, comminisci-
tur *Gichtelius*, satis superque ostensum est a *Magnif. Du Pras-*
sede in dissert. Exegetica, de comedendo in sudore vultus pane § XV.
segg. p. 23. segg. Si nullum aliud *DEI* proflaret, de labo-
ribus impigre suscipiendis, iustum, sane hoc ipso satis tenere-
mur. Enim vero sexcentas alias in Sacri Codicis latifundio hac
de re comparere monitiones, ipsa ocularis inspectio dubitare
nos non sinit. Ipse *Gichtelius* abnuere id non potuit, sed tantum
nihil solidi, quod regeret, habens, probationes, ex clarissi-
mis istiusmodi enunciationibus petitas, false ridere, ac in ar-
gumentis rationis ponere ausus est, in *Theosophia practica P. I.*
p. 380. n. 7. his verbis: *Die Vernunft: bringt ein Hauf-*
sen vernünftiger argumenta her, als: im Schweiß deines
Angesichtes soltu dein Brodt essen; Sechs Tage soltu arbei-
ten; Christus sey seinem Vater gehorsam gewesen, und ha-
be mit gezimmert; Paulus Teppich gemacht. Idem repetit
P. II. p. 744. n. 19. p. 894. n. 23. p. 991. n. 19. P. IV. p. 2501.
n. 21. Mirum profecto ad rationis humanæ forum referre
Gichtelium, quæ diuinæ sunt originis ac auctoritatis, mirum
pariter, eum in tam vinida argumentorum luce penitus e-
cutire. Non ergo moramur dictatoriam, quam sibi *Gichtelius*
arrogat, potestatem, probe gnari, illa non euerri, sed sta-
biliri

biliri potius lucidissima verbi sanctissimi pronunciata. Quid enim clarioribus effulget radiis, illo *Exod XX. 9. Sex dies laborabis, & facies omnia opera tua.* Conspici enim hic praeceptum, ac laborandi necessitatem imperari, apposite condocet, probatque Maxime Reuer. Hamburgensium Theologus *Dn. Erdmann. Neumeisterus* (quem DEUS benignissimus perenni gratia coronet) in *Eclogis Mayero - Neumeisterianis P. I, Dominica Septuagesimae, Quaest. II. p. 445, PARTIM ex analogia reliquorum praeceptorum, quae similiter in futuro narrante ponuntur, לָא תַרְצַח, לָא תִנְאָף, & tamen sine dubio τρεῖς αἰτίαι intelliguntur; PARTIM ex rationis paritate. Ut enim Dominus ex ea causa, quia septimo die quieuit, praecepit sanctificationem; ita ex eadem causa, quia sex dies creationi mundi collocavit, laborem mandat; Quibus rationibus adiungit solutionem exceptionum obstantium. Bene hinc *Luciferus* vertit: *Sechs Tage soltu arbeiten, und alle deine Dinge beschicken.* Nihil hic habet *Gichtelii*, quod ad colorandam malam suam causam afferre posset, nisi contumeliam in verbum DEI valde iniuriam. Nimirum a ratione nostra proficisci mandatum: *Sex dies laborabis*, cuius atrocitatem iusta modo censura excipimus. Item: *non nisi a Spiritu mundi imperantium istum urgeri ac proponi*, ut ex sequentibus patet verbis in *Theosophia practica P. II. p. 894. n. 23: Der Spiritus mundi will das Ober-Regiment über die Jungfrau haben, und arbeitet aus allen seinen Kräften, die Lehre von der Verläugnung zu verdunkeln, uns den Gluck vorhaltend: Im Schweiß deines Angesichtes ic.* Item: NB. *sechs Tage soltu arbeiten ic. dazu ihm selbst Paulus dienen und helfen muß.* At, quae dementia est, *Spiritu mundi tribuere*, quod sanctissimus Legislator in Decalogo, vi tertii praecepti, omnibus omnino hominibus, etiam pietatis decore effulgentibus, ante oculos ponit, & probe obseruari vult. Prolixiori filo *Gichtelii* nebulas dispulit *Magnif. Dn. Praeses in Disp. exegetica, de comedendo in sudore vultus pane §. XV. p. 28 f. 99.* Quid porro dilucidius egregio Gentium Doctoris effato *Eph. IV. 28? Qui furabatur, non*
A 3 amplius*

amplius furator. potius vero laborato, operans bonum manibus &c.
 En Paulus, officia Christiana praescribens, a furti facinore
 auocat, ad labores & operationem boni reuocat. Hic iterum
 non nisi spiritu vertiginis agitur *Gichtelius*, excipiens: *Atten-*
dendum esse ad diuinam Spiritus S. vocationem, ac impulsione
intra se, non vero ad loquelam aliorum hominum extra se, di-
centium: Scriptum est Eph. IV, 29: Laborate. Ita enim verba
 Viri sonant, *l. c. P. I. p. 346. seqq. n. 1. 2: Wo ihr uns wol-*
let folgen, so müßet ihr thun, wie ich gethan, und nur auf
den göttlichen Ruff, und Leituna des Heil. Geistes, Acht NB.
in euch haben, und nicht auffer euch nach andern Men-
schen, umsehen und hören, die sprechen: Es stehet geschrie-
ben, denn Paulus schreibt freylich an die Epheser: Arbeitet
mit euren Händen was ehrliches, daß ihr den Dürftigen
Ebnet mittheilen. Gehet nun fürs Ofter-Thor, oder ein an-
ders dorten, und sprecht zur Schildwacht, du gehest und sie-
hest hier müßig, arbeite mit deinen Händen was ehliches,
wie Paulus schreibt, und höret, was er euch antworten wird.
 At quam insigniter fallitur ac fallit *Gichtelius*, immediatum Spi-
 ritus S. impulsum, contra clarissimam verbi diuini litteram,
 crepans. Nae haec artificiosissima est diaboli methodus, nos
 a vera salutis via abducendi, vt falsam immediatè inspirationis
 diuinæ persuasionem menti nostrae ingenerare studeat. Si
 enim studium illud ipsi feliciter cessit, non amplius ratio ha-
 betur verbi Prophetici, contra *1 Petr I, 19*, sed nescio quod-
 nam imaginationis propriae ludibrium diuino sermoni ante-
 ponitur. Tristi suo exemplo huius rei veritatem comproba-
 re *Gichtelium*, satis in aprico est, quoniam propter internam
 Spiritus S. monitionem, qua se a laboribus arceri suauiter to-
 mniat, generale ac perspicuum Pauli verbum despectui habet.
 Hinc auro contra cara habeatur sequens *B. Lutheri* instructio,
in Articulis Smalcald. p. 333: In hoc nobis constanter est perseueran-
dum, quod DEVS non velit nobiscum aliter agere, nisi per vocale
verbum & sacramenta, & quod, quicquid sine verbo & sacramentis
fit, atur, vt spiritus, sit ipse diabolus; Obganit porro P. II. p. 994.
n. 29.

n. 29.30. *A Paulo illi, qui furto se antea commacularat, regulam tradi, de peragendis honestis laboribus, sed Athletam DEI non debere se implicare vitae negotiis.* Enim vero turpiter se dat homo fanaticus, vult enim Apostolus, vt pristinus fur, verus euadat in posterum Christianus, adeoque verum Christianum iubet honestis incumbere laboribus. Conf. *I. Thess. IV. 11. 12.* Adhaec ex homine furante Athletam DEI efficere studet Paulus, & tamen hunc Athletam DEI operari mandat bonis negotiis. Ceterum deprauationem excitati dicit ex *2. Tim. II. 4.* postmodum, ferente occasione, profligabimus *Affert. IV.* Denique priorem coccyinum repetit *P. IV. p. 2501. n. 21.* *Rationem dicere, quod Paulus doceat, faciendum esse bonum manibus.* At vero vi veritatis adactus fatetur, Antagonista, *Pauli* esse hanc sententiam de laborando. Non ergo ea rationem, sed Paulum, immediate a Spiritu S. actum, agnoscat auctorem. Quid denique illustrius sequentibus Pauli verbis *2. Thess. III. 11. 12.* *Audiuimus, quosdam esse ambulantes inter vos inordinate, nihil operantes, sed inaniter agentes. Talibus vero praecipimus, & hortamur, per Dominum nostrum Jesum Christum, vt cum quiete operantes, suum ipsorum panem comedant.* En Apostolus inordinate ambulantes, laborem imponit, ad victum & amictum comparandum, vt quilibet proprio vescatur pane, neque aliis sit molestiae. *Wilhelmus Wall in Notis Criticis Anglicanis p. 155.* suspicatur, nonnullos Thessalonicensium extremum diem adeo propinquum credidisse, vt vel hoc nomine, rebus suis omnibus negligitis, nihil agerent. Sed haud abs re subiicit, haec allegans, *Celeb. Dn. Job. Christoph. Wolfius, in Curis Philologicis in decem posteriores Pauli Epistolas ad h. l. p. m. 407:* *Non equidem crediderim, desidiam nonnullorum vano ejusmodi iudicio acceptam ferri debere. Apostolus enim testatur, se praesentem de ea fugienda Thessalonicenses commonefecisse, tantum abest, vt illa ex priore Pauli Epistola, ceu Wallius putat, non recte intellecta, subnasci poterit.* Egregie interim Gentium Doctor omnibus otiosis acclamat. *εἰ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι μηδὲ ἐσθιέτω: Si quis nolit operari, etiam non edito, quam locutionem prouerbialem esse,*

esse, obseruant Schottus in Adagialibus p. 133. Vorstius de Adagiis N. T. Cap. X. p. 59. Rauanellus in Bibliotheca S. P. I. p. 7. & Dn. Wolff. L. c. His iam aureis summi Apostoli verbis Gichtelius, ne videatur caussa cecidisse, consuetum, de rationis distamine, opponit effugium, in Theosoph. Pract. P. II. p. 991. n. 19. At non ex naturae sed Scripturae libro, & quidem Pauli Epistola, haustum esse illud pronunciatum, ne ipse quidem Aduersarius diffiteri potest. Vt interim omnes ingenii nervos in sacrarum litterarum dehonestamentum conferat, pessimum adhuc virus, pro comenda sua Helena, euomit, sequentem in modum: Ein wiedergeborener Christ führet die Krafft des Worts in Herzen und Munde, aber der natürliche nicht, wie wir sehen Matth. IV. allwo angewiesen wird, daß der Teufel auch zu Christo gesagt: Es stehet geschrieben. Paulus sagt auch: wer nicht arbeitet, soll nicht essen, der Geist Gottes verstehet nicht eben damit Geizen, Lauffen, Rennen, Buchern, und Schätze sammeln, wie die Welt spricht, unter dem Scheine Gutes zu thun den Armen, und legt doch nur in die Kasten als eine Meinheit. Theosoph. Pract. P. III. p. 2055. n. 8. 9. Quantum capio, sensus scriptionis huius, sat perplexae, huc reddit, Christianum regnitum ad Scripturam seu verbum externum non prouocare, quippe qui verbo interno, seu immediato Spiritus S. lumine gaudet, sed naturalem duntaxat hominem cum diabolo dicere: Scriptum est, & eum hinc etiam allegare illud Pauli: Si quis nolit operari, etiam non edito, quo tamen nullum patrocinium accrescat auaritia, ac iniustae opum corraffioni. Sed quem non commiseratio tangeret miseri mortalium, lumen aliquod internum praestolantis, hinc misere decepti, ac verbo scripto debitum honorem, debitamque auctoritatem detrahentis? Sic non potuit non in varios incidere errorum labyrinthos, vt iam ante deplorauimus. Quem non intimo moerore afficeret inconsiderata blasphemia, qua naturalis duntaxat hominis vox, si eum audis, & quidem ad imitationem diaboli, ita sonat: Scriptum est? Annon enim ipse Seruator dulcissimus, tentationi Sanae expositus, hanc emisit vocem: Scriptum est, Matth. IV, 3. 7, 10.

7. 10. Annon eandem sexcentis vicibus reperit *Matth. XXVI,*
 31. *Luc. XXIV, 46.* & alibi? Annon itaque *ALIVD* est: *Scri-*
pturam S. depravate excitare, ac corrupte; ALIVD rite allegare
ac sincere? Prius Diabolus fecit, faciuntque cum eo haeretici &
 omnes diaboli filii. Posterius in deliciis habuit Christus, ha-
 bentque cum eo cuncti Christi amatores genuini. Jam vero
 rite ac sincere Pauli effarum contra demones laborum ofores
 adduci, quilibet nullo negotio animaduertit. Quem denique
 non taederet argumentationis inanis, qua auaritiae Paulum
 non praebere patrocinium, monet. Nemo enim sanae men-
 tis iniustos ditescendi modos aut probat, aut ex Apostoli di-
 ctio probare vnquam voluit, quippe quo tantum opinatio, de se-
 ctando otio, prostermitur. Compara *D. Joach. Langii Präs-*
fung des Geistes in den Theosophischen Send-Schreiben
Sect. III. p. 130. seq sub finem *der Mittelstrasse.* Post *man-*
datum diuinum. hactenus expositum, ad honestos labores nos
 reuocat, compellitque (2) *Sapientissima DEI ordinatio,* iuncta
 cum *promissione largissima.* Quis enim nescit? summum Nu-
 men non demum post misera lapsus tempora, sed inde statim
 a creationis opere, sic sapientissime disposuisse, vt honesto
 labori daretur locus, quandoquidem primum omnium Paren-
 tem hac fini in hortum Paradisi collocatum esse, vt coleret
 eum atque custodiret, diuinus testatur Moses, *Genes II. 15,*
 quapropter ipse non labor, sed molestia tantum ac iniucunditas
 laboris, pro lugubri flebilis lapsus effectu haberi meretur.
 Eandem DEI ordinationem indice velut digito indigitat Gen-
 tium Doctor laudatissimus, dicens *I. Thess. IV. 10. Non labo-*
rautes ambulare debetis, inordinate, dum nimirum ordinationi
 diuinæ se attemperare nolunt. Adde *Eocl VI, 7. Sir. VII, 6.*
 Hanc constitutionem diuinam probe intellexere *Cain* atque
Habel, quorum *ille* agro colendo, *hic* vero ouibus pascendis
 se tradiderunt *Gen. IV, 2.,* vbi non ipsum vitae genus, sed
 prauus Caini animus, DEO displicuit, *vers 5, coll. Job III, 12.*
 Eidem constitutioni diuinæ promptum morem gerit, saltem
 gerere

B

gerere debet quilibet homo, quippe qui, *oriente Sole, exit ad opus suum, & ad laborem suum, usque ad vesperam, Ps CIV. 22. 23*, idque vi ordinationis diuinae, cum statim subiiciatur, *v. 24: Quam multa sunt opera tua, omnia in sapientia fecisti*. Et ecce! tali ratione *promissionis diuinae* redditur particeps, qua praepotens Numen strenue laborantibus benedictionem pollicitus est suauissimam, inquires *Prov. XII. 11: Laborans terram suam, satiabitur pane, & v. 24. Manus industriorum dominabitur*. Quantis quoque amoenitatis radiis micant illa Psalmistae verba, in egregio *Psalmo nuptiali, centesimo vigesimo octauo* (ex quo *Georgius III*, Dux Anhaltinus, a B. Luthero, miro sane exemplo, Minister ecclesiae Merseburgensis anno 1545 ordinatus, cum incomparabile coniugum par, Serenissimum Electorem Saxoniae, *Augustum, & Augustissimam Annam*, Regis Daniae filiam, Torgaviae matrimonii vinculo, mediante benedictione sacerdotali, connecteret, de coniugii laudibus differuit. Conf. *B. Ziegleri Schauplag der Zeit, p. m. 814. seqq.*) En! elegans exordium *v. 1. 2: Beatus omnis timens Iehouam, qui ambulat in viis eius. Laborem enim manuum tuarum comedes. Beatus es, & bonum tibi*. Quid aliud est *laborem manuum comedere*; ac: fructum percipere laboris, & eo frui, quod manuum opere acquisitum? Exemplo est: *Jacobus* suis negotiis debite inuigilans *Gen. XXXI. 40*, & hinc diuitiarum copia instructus *Cap. XXXII. 10*. Accedit (3) *Collaudatio* rite laborantium, Sic enim vir pius ac industrius *felicitationis* encomium aufert *Ps. CXXXIX, 1*, pariter atque mulier strenua, (cujus virtutes iuxta Alphabeti Hebraei seriem longe recensentur lateque *Prov. XXXI. 10*, ad finem vsque) ob tolerantiam laborum in coelum attollitur *v. 13: Quaerit lanam & linum, & operatur cum delectatione manuum suarum, & v. 14: Est sicut naues mercatoris, & longinquo adducet* (scilicet instar nauium mercatoris) *panem suum*. Faciunt huc (4) *Exempla piorum*, labores non negligentium, Quis nescit, *Jacobum* impigrum *Gen. XXXI. 42*? *Rebeccam* sedulitate praestantem, *Gen. XXIV, 15. 16*? Quapropter *Theodoretus* *Oratione 7. de prouidentia* ait, *eam laboribus potius conspicuam esse*

esse, quam formae dono exsplendescere voluisse; Apostolos, cum adhuc piscaturae occupationem sustinerent, a Seruatore ipso, ad suum opus faciendum, compulsos? Domino Petrum sic compellente: *Prouebe in profundum Luc. V, 4.*; Paulum manibus operantem? ne cuiquam esset oneri, sed singulis exemplum imitationis praeberet *2. Thess. III. 8. 9.* coll. *Act. XIX, 3. Cap. XX, 34. 1. Cor. IV, 12.* Quid? quod ipsum *Redemptorem nostrum* primis suis annis, Curatori suo, *Iosepho*, in peragendis artis suae functionibus, auxiliatrices praebuisse manus rite colligitur ex sequentibus *Judaeorum* verbis *Marc. VI. 3.* *Nonne hic est faber ille?* Quomodo enim τέχων, *Faber*, (quo nomine seorsim ac citra adiectionem posito, *Fabrum lignarium* significari, Viri in graecis Scriptoribus versatissimi, animaduertent, obseruante *Joh. Buxtorffio in Catalectis Philologico-Theologicis n. 257. p. m. 335.*) appellari iure potuisset, nisi visus fuisset operum *Iosephi* locius? Ad haec, & similia exempla plane obmutescit *Gichtelius*, nihil aliud, nisi talia ipsi saepe numero a ratione obiecta esse, in variis antea excitatis locis, reponens, quod vero ineptae exceptionis genus, & per se concidit, & iam vice plus simplici in antecedentibus profligatum est. Interim assertionem nostram corroborat (5) *iusti laboris utilitas*, in laborantem redundans, quandoquidem & ad sanitatem conseruandam conducit, & alia emolumenta, neque pauca, neque contemnenda, secum vehit. Apposite *Theodorethus Serm. 6. de Providentia DEI, labores*, ait, *et exercitia maximam, ad valetudinem tuendam, momentum conferunt.* Optime etiam *B. Balduinus in Casibus Conscientiae Lib. IV. Cap. 2. p. m. 688. prodest*, ait, *labor sanitari hominis, roborat vires corporis, medetur desideriis prauis, bene meretur de proximo, liberat nos a turpi seruitute voluptatum, laudem denique paras apud recte sentientes. Nemo enim probat otia, quae multa docent vitia Sir. XXXII. 29. Qui autem honestis occupati sunt laboribus, fauorem honorum facile merentur.* Geminum in modum scribit *B. Scriuerus in den zufälligen Andachten Centuria 2. n. 55. p. m. 120. seqq.* *Gotthold sahe einen Ta-*

gelöbner arbeiten, daß ihm nicht allein die Schweiß-Tropfen übers Gesicht lieffen, sondern auch das Hemde pfüße naß machten, dabey gedachte er, und sagte: der saure Schweiß, der uns bey schwerer Arbeit über die Nasen läuft, ist eine Straffe der Sünden, 1. B. Mos. 3. 19, und dennoch ist Gott so gütig, daß auch seine Straffe uns muß zum besten dienen, massen der Schweiß vor viel Krankheiten gut ist, und viel böser giftiger Dünste aus dem sterblichen Leibe abführt. So gehets auch mit der Arbeit zu, welche den Schweiß verursachet. Wenn der Mensch ihn selbst gelassen nach seinem Fall solt ein Juncker seyn, und nicht arbeiten dürffte, würde das seine Arbeit seyn, daß er Sporenstreichs der Höllen in den Rachen rennen würde. Denn es ist unmöglich, daß ein müßiger Mensch nicht solte Böses thun, weil nichts thun die Schule ist, da man Böses thut lehret und lernet. Ein arbeitamer Mensch aber, der in den Wercken seines Berufs geschäftig ist, hat nicht Zeit des Teuffels Einwannen zu beobachten, 2c. *Dorotheum, Monachum, Patria Thebaeum, accepimus interdum ex vicino mari lapides collegisse; interrogatus ergo a quodam τι τὸ σῶμα τὸ σὸν ἀποκτενεῖς τοσούτων; i. e. cur corpus tuum tantopere enecas? respondit: ὅτι με ἀποκτενεῖ, i. e. quia me occidit, indicans, se sanitatis conseruandae caussa tantum suscipere laborem, ut est apud Sozomenum H. stor. Ecclesiast. Lib. 12 Cap. XXIX. p. m 680. Conf. B. Job, Gerhardi Scholam Pietatis Lib. V. Cap. 13 p. 1052. B. Christ. Stockii Homiletisches Real-Lexicon voc. Arbeit §. 6. p. 61. ed. in 4to, Thomasi Einleitung zur Sitten-Lehre p. 392. § 94. 6) Ipla inevitabilis necessitas labores hominibus, vel ingratis suis, imponit. Quod si enim omnes omnino homines cuncta vitae negotia cane peius atque angue defugerent, otio disfluentes turpi, quis tunc agrum coleret? Quis sementem faceret? Quis falcem mitteret in messem? Quis fruges in horreum deferreret? Quis grana flagello extereret? Quis ea commoleret? Quis depleret, massamque farinaceam subigeret? Quis panes conficeret? Quis pecora, boues ac oves, pasta reficeret? Quis pinguefacta maclaret? Quis carnes in macello*

macello venum exponeret? Et quae sunt alia. Cogita iam & reputa tecum, annon sic *Victus* omnis defecurus esset? Annon fame pereundum, & inedia? Par est ratio *Amictus*. Quis enim laboribus penitus cessantibus, linum tractaret lanamque? Quis pannos pararet? Quis paratos confueret, corporibusque redderet aptos? Annon sic aestu ac frigore consumeremur? Annon inclementiae aeris semper essemus expositi? Annon pudorem omnem, cui vestes consulunt, abicere necesse esset? Quis praeterea aedificia, domus, casas, tuguriola, exstrueret, in quas, pluuio & intempesto coelo, nos conferre, in quas nos abdere, in quibus die noctuque secure latitare possumus? Annon enim & hac ratione genus humanum necessario esset interiturum, quippe quod non ferarum instar in cavernis ac latibulis delitescere potest. Facit huc, quod ex *Knittelio* legere est in *Eclogis Evangelicis Mayo-Neumeisterianis P. I. p. 45*, vbi sequentia *Knittelii* verba allegantur: *Occurrit mihi historia, quam legi cum peruoluerem Gazaei pia hilaria. Et res est ex vitis Patrum. Quidam, nomine Iohannis Breuis dixit fratri suo: Mi frater ego denique fiam Angelus. Angeli non laborant, sed tantum semper orant. Dixit, Et eremum secessit. Post unam circiter hebdomadam incepit vehementer esurire. Rediit ergo velociter ad cellam fratris, Et ad vesperam fortiter fores pulsauit. Clamauit inuis frater: Quis est? Respondit: Ego sum Iohannes. Hoc non est possibile, reponit frater. Iohannes Angelus factus est, & non amplius inter homines est. Dixit Et cubitum concessit miser Iohannes, repulsam passus, post multos pulsus Et repulsus ante fores super lapidem se posuit, Et prae fame lacrymans totam noctem transegit. Summo mane iterum pulsauit, Et altum ingemuit. Tum frater, illius miseratus, aperuit Et dixit: Audi, vel es homo, vel Angelus. Si es Angelus, cur vis cellam intrare? Si homo, ergo, ut NB. possis viuere, debes egregie laborare. Quid Iohannes Breuis? certe breuis Angelus vix vnus h. amadae in terram cecidit Et dixit: Ignosce frater, peccaui. O quam bene! Ita nimirum pigri debent emendari. Hinc ipse *Giobielius*, & *Asseclae*, regulas suas, meris chimaeris nixas, migrant, atque necessitate adacti, labores peragunt,*

& alios laborantes fouent feruntque. Aufcultemus Doctiff. Dn. Ioh. Gufau. Reinbeckium in der Nachricht von Gichtels Lebens-Lauff und Lehren p. 65. seq. Wenn Gichtel an einem rechtschaffenen Christen die Hand-Arbeit nicht leyden kan, also das ihm schon das Corrigiren bey der Buchdruckerey, dabey er doch nur die Feder führen dürffen, zuwieder gewesen, warum hat er denn hernach so viele Briefe geschrieben? oder hat die Feder dabey nicht dürffen geführt werden? und warum hat er sich eine Köchin gehalten, die ihm das Essen einkauffen, zubereiten, und sonst aufwarten müssen? Hat denn seine Köchin etwa keine vollkommene Christin seyn sollen? Und warum thun die, welche solche Lehren von ihm annehmen, dergleichen? Warum sagen sie nicht, wir wollen der Welt zeigen, was das rechte Christenthum sey, und andern zur Sünde, oder das sie von der Vollkommenheit abgehalten werden, keine Gelegenheit geben. Darum wollen wir keine Kleider annehmen, weil die von andern durch Arbeit ihrer Hände verfertigt worden; wir wollen keine Speise genießen, weil solche von andern durch Arbeit angeschaffet und bereitet worden. Wir wollen in keinen Häusern wohnen, weil selbige von andern durch schwere Arbeit aufgerichtet worden, und nicht ohne viele Arbeit im Stande gehalten werden; wir wollen kein Holz uns zu wärmen gebrauchen, weil es der Holzhauer nicht ohne seinen Schweiß gefället, und gespalten. Warum thun die so nicht? denn das müste nohtwendig ihr Praxis seyn, wenn sie ihrer eigenen Lehre wolten nachleben. Aber das ist eben der verdammtte heimliche und unerkannte Hochmuth, und ein mehr als Jüdischer Stolz bey den Leuten. Die Juden glauben: Sie solten billig Herren, und alle andere Völcker ihre Schladen seyn, und das steckt unsern Gichtelianern auch heimlich in Köpfen. Sie wollen solche heilige Leute seyn, die sich mit nichts Aeufferliches bemüßigen können; aber andere sollen ihre Schladen seyn, die sollen vor sie sich placken, arbeiten, kochen, und braten, und ihnen zutragen &c. Gemina Gichtelianis ad animum vocat Dn. Ioh. Baltb. Reinhardus in der Prüfung des Geistes in der neuen Engels-Brüderschafft (qui Trass, nihil plane immutatus, in deceptionem emtorum, sub no-

no

uo emissus est titulo: *Untersuchung derjenigen Irrelehen, welche in Iac. Böhmens und Iob. Georg. Gichtels Schriften enthalten*) *Artic. 8. p. m. 177. seq.*, qui *p. 179.* sequentem in modum scribit: Mich wundert sehr, daß da theils hiesigen Orts verfallene, auf dem ersteren Gichtelianischen und Vberfeldischen Paradoxo des Enthaltens von der Ehe, so hart bestehen, daß durch keine Gründe, und Zureden sie davon abzubringen; Sie hergegen in dem andern der erdichteten geistlichen Armuth, oder Enthaltung von der Arbeit, ihren so hochgerühmten Fürgängern, deren Eloquia sie für ganz Göttlich halten, so wenig folgen, daß sie zum Theil mit Geiz und ihrer Entkräftung also auf die Arbeit verpicht sind, daß auch am Sabbath sie sich davon nicht entziehen, sondern mit dessen schöndesten Entheiligungen ihren Geschäften nachgehen. Neque 7) sicco plane praetereundum est focco, hanc de laboribus perferendis doctrinam a canis Ecclesiae Doctoribus nunquam non inculcatam esse. Vacuas, amabo, aures praebeamus Hieronymo in *Matth. VI. Opp. Tom. IX. p. m. 22.* Praecipitur nobis, ne solliciti simus, quid comedamus, quia in sudore vultus praeparamus nobis panem, labor exercendus, sollicitudo tollenda. Iungere collibitum est Bernbardum *Sermone III. in Natali Domini Opp. col. m. 58:* Agnoscant homines, quia, qui in labore hominum non sunt, visitari ab angelis non merentur. Agnoscant, quam placeat supernis civibus labor, cuius spiritualis intentio est, quandoquidem et eos, qui pro victu corporis, corporali urgente necessitate, laborant, suo dignantur alloquio, et alloquio tam felici. Nimirum humanam in eis agnoscunt ordinationem, qua constituit Deus, ut in sudore vultus sui vescatur Adam pane suo. Et quis nescit (8), Gentilium quoque cateruam de labore loqui ut de re ineuitabili? Sic Euripides apud Stobaeum *Sermone XXVII. p. m. 195.* οὐδεὶς ἐπειρον ἡδοναῖς ἐκτίσαστο, οὐδεὶς γὰρ ἂν πρὸ θυμὸς εὐκλεῆς ἀνὴρ, ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐαδρίαν. Nemo sibi laudem comparavit ex voluptatibus. Nullus enim socors celebris vir est. Sed labores generositatem pariunt. Socrates, teste Xenophonte, apud Stobaeum *l. c. p. 205.* asserere solitus erat:

τὸ μὲν ἐργάτην εἶναι, ἀφελιμὸν τε τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἀγαθόν,
 τὸ δὲ ἀργὸν, βλάβερόν τε καὶ τὸ κακόν. Καὶ τὸ μὲν ἐργά-
 ζεσθαι ἀγαθόν, τὸ δὲ ἀργεῖν, κακόν. Τοὺς μὲν ἀγαθὸν τι
 ποιῶντας, ἐργάζεσθαι ἔφη, καὶ ἐργάτας ἀγαθοὺς εἶναι. Τοὺς
 δὲ κ' βρουντας, ἢ ἄλλο τι κνηρὸν ποιῶντας, ἀργούς ἀπεκάλεσ-
 ε, i. e. operarium esse, utile, ac bonum homini, otiosum vero, esse dam-
 nosum & malum. Item operari bonum, otari vero malum. Prae-
 terea boni quippiam facientes, operari dicebat, & opifices bonos es-
 se, alcatores autem, vel aliud quippiam prauum agentes, otiosos
 nominabat. Cicero in Officiis scribit: Aetas iniens maxime a li-
 bidinibus arcenda est, exercendaque in labore, patientiaque & a-
 nimi & corporis. Alexandrum, concernentem Amicos, supera-
 tis Asiae gentibus, remissiores factos esse, luxuriamque secta-
 ri, accepimus prudenti hac & placida vsum reprehensione,
 ὅτι δουλικώτατον μὲν ἐστὶ τὸ τρυφᾶν, βασιλικώτατον δὲ τὸ
 πονεῖν, nihil esse seruire magis, quam indulgere delictis, nec magis
 regium, quam labores suscipere, vti est apud Plutarchum in Alex-
 andro Opp. Tom. I. p. m. 688. Compara B. Ioh. Gerhardi Scho-
 lam pietatis Lib. V. Cap. XIII. p. m. 1059. seqq. B. Carpzouii
 Tugend-Sprüche num. 39. p. m. 690. seqq. S. Reu. Dn. D.
 Loescheri Evangelische Zehenden P. I. p. 413. seqq. Breit-
 haupti Theologiam Moralem p. 343. seqq. Dn. Petri Hanssen
 Betrachtung vom Tugendhaften Leben P. III. Cap. 12. &c.
 *** Sermo nobis est de labore post miserum lapsus tempus tolerando.
 Nam ante lapsum in amoenae innocentiae statu, viguisset qui-
 dem labor, quia horti culturam Adamo demandatam esse Scri-
 ptor sacer condocet Genes. II. 15., sed expers molestiae, sed iu-
 cundus, sed sociatus cum hilaritate, quemadmodum enim illa
 rempestare exulasset peccati foeditas, ita & longe abfuisset mi-
 seriarum asperitas, vnde etiam regio, in qua deliciarum locus,
 nempe paradus, situs fuit, insignitur notabili nomine 17
 i. e. voluptatis Gen. II. 8. Sane ipsum Numen perfectissimum
 non est ens otiosum, sed negotiosum, teste Seruatore nostro
 Job. V. 17. Pater meus, usque nunc operatur, ideo etiam ego ope-
 rov.

ros. Quidni quoque homo, imaginis diuinæ dono condecoratus, operosum se præbuisse ac actiuosum? Plane aliter comparatum nouimus cum labore post lapsum. Sicut enim ibi mulieri parienti denunciantur insuauēs sustinendi dolores *Gen. III. 16.*; Ita pariter Viro præsertim labor cum molestia, defatigatione corporis, ac iniucunditate coniunctus, demandatur, ac imponitur, *Genes. III. 19.*, vnde *seruus suspirat umbram, & mercenarius expectat opus suum Job. VII. 2.* Bene B. Gerhardus in *Commentario in Gen. p. m. 55. Resp. Augustinus, ait, Lib. 8. de Genesi ad litteram Cap. IX.*, culturam illam in statu innocentiae non fuisse homini laboriosam, & molestam, qualis est post lapsum, sed iucundam, qua fuisse usus ad providentiæ diuinæ admirationem. & perspiciendas eorum vices, quæ à terra nascuntur. *Crysostomus Homil. 14. in Cap. II. Genes. declarat hoc quadam similitudine*: Sicut clemens Pater tenero filio, omni copia fruente, ne insolens fiat, paruam quandam & commodam curam excogitat; sic & Dominus Adæ operationem & custodiam præcepit, vt cum voluptate, vbertateque ac iucunditate placide hæc duo faceret, quæ procliuatatem illius morarentur, ac impedirent.

ASSERTIO II.

OMnium hominum, (*) in quouis statu (**) siue Politico, (***) siue Ecclesiastico, (****) siue oeconomico, (*****) degentium, est, laboribus, vitæ suæ generi conuenientibus, ac vocationis negotiis, debite perfungi. (*****)

(*) Nae cuiuslibet mortalium, cuiuscunque sit conditionis, aurem vellicat illud: *In sudore vultus tui comedas panem*, vti ostensum in *Dn. Præsidis dissert. excitata §. IX. p. 17. seqq.*

(**) Societatem Christianorum, Ecclesiam constituentium, recte in tres dispesci status, *Politicum, Ecclesiasticum, & Oeconomicum*, tam verum est quam quod verissimum, modo status nomine intelligatur vitæ, cui aliquis deditus est, *genus*. Audiamus quæso doctissimos *Dn. Auctores der Unschuldigen*
C
Flachs

Nachrichten, Anno 1704. p. 632: *STATVS OECONOMICVS* - hic non ratione obedientiae, consideratur, quam Magistratui alioqui debet, sed qua peculiare genus vitae, oeconomiam nimirum, siue quod in laboribus oeconomicis, mercatu, opificio, &c. vnicui versetur. Non minus de *STATV POLITICO* observandum est, illum hoc loco non spectatum qua munus imperandi, sed qua genus vitae, considerari, unde ad illum pertinent omnes, qui res politicas quocumque modo tractant, etiam milites, apparitores, &c. Cum igitur triplex sit vitae genus, eorum nempe, qui sacra publica, qui res politicas tractant, & qui rebus oeconomicis vacant, manifestum est, sine ulla confusione imperii, discrimen institui inter statum Ecclesiasticum, Politicum, & Oeconomicum, nec alterutrum horum cum tertio esse confundendum. Sane terrae Judaicae incolae, iuxta triplicis huius status rationem, distincte commemorari, ac a Numine coelesti compellari accepimus, *Hes: V. 1. : Audite Sacerdotes* (ad statum ecclesiasticum pertinentes,) & *auscultate, domus Israelis*, (statum oeconomicum conficiens,) & *domus Regis* (statum Politicum constituens) *aures arrigite.* En homines iuxta distinctorum statuum seriem percensui! En tres status Hierarchici! Nequiequam ergo hanc in tres status distinctionem, plane innocuam, dente Theonino rodunt, cum famigeratissimo *Thomasio, Titius in der Probe des Geistlichen Rechts*, pag. 75. alii, labem dogmatis Papiستي illi temere aspergemes. Jure sane veremur merito, ne *υπουλον τι* foueat acris haec in praedictam distinctionem innectio, nimirum munus *Ministorum* ecclesiae esse arbitrarium, atque a *DEO* non institutum, facileque adeo a Magistratu abrogari posse; cum *Principes absolutos* esse Ecclesiae Dominos, nullaque ipsi iura, nulla reservata convenire, vti loqui amant praclaudati *Dnn. Autores* l. c. p. 632. Saltem hoc institutum pessimum manifeste prodit Indifferentiarum, ac Fanaticorum primipilus, (Anno 1734. ad tribunal diuinum euocatus, adeoque mendax deprehensus Propheta, quippe qui terminum vitae fatalem in *Annum* demum futuri Saecli *octavum* rejecerat in seinen Gelehrten Zeitungen p. 48.) *Joh. Conrad. Dippel*, sub
atra

atra *Christiani Demoriti* larua delitescens, in *Der Christen Stadt auf Erden ohne Lehr-Wehr- und Nähr-Stand*, Opp. p. m 445. seqq.: quippe qui Magistratus officium, Ministerii Ecclesiastici munus, & oeconomicas functiones, cupit ex Ecclesiae pomœriis proscrip̃ta & eliminata.

(***) Grauiſſime decipitur, qui existimat, imperantibus ac ad clauum reipublicae sedentibus, nullos exantlandos esse labores, nullas deuorandas molestias, nulla sustinenda miserae vitae incommoda. Vulgus quidem externo fascinari affolet splendore, pretiosas vestes, lauta fercula, famulitium numerosum, potestatem leges ferendi, subiectosque ad obedientiam obligandi, & quae sunt alia oculorum fascina, contemplatum, non vero interiorem animi sollicitudinem, ac cogitationum, in diuersa abeuntium, varietatem ponderans, hinc, nescio, quam insignem felicitatis eminentiam, Magistratibus ac negotiorum Politicorum Moderatoribus attribuens. At longe aliter sentire coguntur, qui rem omnem aequa iudicii libra trutinant, expenduntque. Licet enim dominium in alios tenentes manuum laborem perficere non conspiciantur, neque etiam eorum sit, tali modo se negotiosos praebere, tamen functiones illorum, praesertim si spartam commissam rite ornare, ac conscientiae vulnus euitare discipiunt, maioribus difficultatibus, fatigationibus, incommoditatibus, aegritudinibus, obnoxium est, ac quidem Opificum, Mercenariorum, Agricultorum, Operariorum, corpore manibusque laborantium. Annon enim vires animi corporisque eneruat, debilitatque, commodum regionis, populi, vrbis, rite dispicere? Docere nos id potest notabile exemplum incomparabilis Gentis Israeliticae Ducis, *Mosis*, qui ius dicendo adeo fatigabatur, vt grauiſſimo fere succumberet oneri. Hinc sapientissimus *Jethro*, eius Socer, miratus tantam molestiarum copiam, illum sic compellat, *Exod. XIX, 14.*: *Quare tu sedes solus, & omnis populus stat iuxta te a mane ad vesperam*, mox quoque sequens salubre subministrans consilium v. 19. *Esto tu populo a causis ad Deum pertinentibus, vt offeras tu res ad Deum, & v. 21. de cetero in circumspicies ex omni populo vi-*

res cordatos, timentes DEum, viros veritatis, odientes licri-
ponesque super eos, Principes millium, Principes centenorum,
Principes quinquagenorum, & Principes decatum, Carolum
Vum, Imperatorem Romanorum magnum, Filio suo Prin-
cipi, Philippo II, regimen in Belgium Hispanicum Anno 1555
committentem, dixisse: O Fili, magnum tibi onus impono, ego
enim toto tempore principatus mei nunquam quadrantem horas
magnis curis & anxietatibus vacuum habui, memoriae pro-
didit Hortensius in vita Caroli Vri. Rudolphus, Habsburgen-
sis, morti vicinus, conspecto diademate regio, ingemiscere
coepit: *Quam blando & incundo fulgore oculos adspectantium
perstringis, & ad te allicis. Verum si mortales scirent, quan-
tum molestiarum sub te lateat, nemo etiam humi subluaret.*
Alia exempla huc spectantia, coacta sunt a Magn. Dn. Praefide
in *Dissert. excitata §. IX. p. 19. 20.* Horum autem societati
adiungere adhuc placet Imperatorem Ethnicum, *Alexandrum
Severum*, quippe quem *Symboli* loco vsum esse verbo: *Labo-
remus!* historiarum monumenta loquuntur, nec non *Caesa-
rem, Flavianum Vespasianum*, quem grauissima quamlibet, ob vi-
tiata intestina, laborantem aegritudine, legationem tamen au-
diisse cubantem, & aluo repente vsque ad defectionem so-
luta, dixisse: *Imperatorem stantem mori oportet*, auctor est
Suetonius in vita Vespasiani Cap. 24. pag. m. 316. Compara
*Christ. Gerberi unmerkante Sünden der Welt, Part. I.
Cap. 57. p. 694. seqq.*, qui neglectum officii imperantium pro-
sequi studet.

(****) Sincerorum Ecclesiae Ministrorum humeris labores in-
cumbere grauissimos, atque onerosissimos, nemo nisi omnium
rerum hospes ignorare potest, aut negare. Quem enim fu-
giunt sacrarum literarum testimonia, laborum mentionem in-
ficientia. Annon laborare eos, prout quidem muneris Ec-
clesiastici ratio exigit, iubet diuinus Vates *Esaias*? DEVM
sic introducens loquentem *Es. LIX. 1: Clama gutture, nec
inhibe. Sicut buccinam extolle vocem tuam, ut indices populo
in eo praeparationem eorum, & domui Jacobi peccata eorum.*
Annon

Annon eos laborare iubet beatissimus *Paulus*? *Act. XX, 28.* *Episcopos Ephesinos*, (qui antea *v. 17.* *Presbyterorum* nomine maclantur) ita compellans: *Attendite vobis ipsis, & gregi, in quo Vos Spiritus S. posuit Episcopos, ad pascendum Ecclesiam DEI.* Huc quoque facit notabile illud alloquium ad *Timotheum*, Ecclesiae Ministrum fidelissimum, directum *1. Tim. IV, 16:* *Attende tibi ipsi & doctrinae. Mane in his &c.*, item *2. Tim. II, 14.* *Diligens esto, ut te ipsam probatum sistas DEO, operarium non pudendum, qui recte fecerit verbum veritatis, nec minus Cap. IV, 2:* *Praedica verbum, infra opportune, non opportune, redargue, reprehende, consolare cum omni longanimitate & doctrina.* Annon eos laborare iubet laudatissimus *Petrus*? sequentibus verbis *1. Petr. V, 2.* *Pascite gregem DEI, qui inter vos inspicientes, non coacte, sed lubenter, neque cum cupiditate lucri, sed promte.* Et quis nescit? illos describi: *ut laborantes in verbo & doctrina, dum verbum DEI facerrimum, doctrinamque sanam Auditoribus instillare student, 1. Tim. IV, 17.,* adeoque ad eosdem applicari dictum peruulgatum: *Dignus est Operarius mercede sua vers. 18.* Quis nescit? illos debere probe instructos esse ad omne opus bonum officii ecclesiastici *2. Timoth. III, 17.* Quis nescit? *Paulam*, Doctorem Ecclesiae spectatissimum, se laborantium accensere choro *2. Cor. XI, 27.* Quis nescit? *Angelum* (i. e. Episcopum) Ecclesiae *Ephesinae* in laborantibus numerari *Apoc. II, 2.* Neque ea propter, quod manuum opera non peragunt verbi diuini Ministri, laborantium classi penitus eximi possunt, quandoquidem labor in intentione neruorum animi consistens, (quem *laborem capitis, Kopff- Arbeit* appellare vulgo solent) maioribus difficultatibus ac molestiis subiaceret, quam quidem communis ac manuarii, vnde apposite *B. Gerhard in Schola Pietatis Lib. 5. Cap. 14. p. 1063.* *sudor, ait, oeconomicus est magnus, sudor politicus est maior, sudor ecclesiasticus est maximus.* Annon enim verbi diuini diuitias scrutari debent verbi praecones? Id verbo laboris est. Annon sollicitate praemeditari, quae pro rostris proponenda sunt? Id vero laboris est. Non enim aliquorum, prae-

fertim nostri saeculi sanctorum, inconsideratum comprobamus
 morem, quo neque considerata ante, neque meditata, sed forte
 in buccam venientia proferunt, immediatam Spiritus S. sugges-
 tionem audacter expectantes, sicque DEVM impie tentantes
 contra *Matth. IV. 10.* Annon cum animae attentione, vocis cla-
 ritate, totius corporis comotione, coetum ecclesiasticum eru-
 dire? Id vero laboris est *Ecclesiast. XII. 12.* Annon refractarios
 in viam reducere? Id vero laboris est. Annon aegrotos sola-
 tio perfundere? Id vero laboris est. Annon maleficos, neces-
 sitatis telo urgente, interdum ad beatam mortem praeparare,
 praeparatosque ad supplicii locum comitari? Id vero laboris
 est. Hinc *Augustinus ad Valerium Epist. 148.* fatetur, *nihil esse
 in hac vita difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, Presbyteri
 aut Diaconi officio.* Comp. *B. Mayeri Musaeum Ministri Eccles.
 Tom. I. P. I. p. m. 104. seqq.* Quemadmodum vero Ministri Ec-
 clesiae laboribus diffringuntur onerosis maxime, ita eadem
 quoque fata manent *Doctores Academicos*, praesertim illos, qui-
 bus Theologiam docendi sparta incumbit. Recte namque, ex-
 perientia edoctus viua, *B. Mayerus l. c. P. II. p. 432. seqq.* do-
 cendi, inquit, *prouincia quam laboriosa & grauis sit, vix explicari
 potest. Professorem enim Theologiae non intestina solum bella di-
 stringunt, vt expugnet discipulorum ignorantiam, proteruiam, in-
 compositos mores, sed & extra pomaria sua cum armis consistendum,
 in specula ipsi standum, & vigili oculo obseruandi, si qui accedunt
 furtim, veritatis diuinae interpolatores, & ab Ecclesiae sinibus arces-
 sendi, & cuniculis suis euicendi. Ingruunt alii aperta vi, tum vero
 sublata voce exclamandum, classicum canendum, excubiae suscitandae,
 denique omni animae contentione repugnandum, ne apri isti limpi-
 dis fontibus se immisceant, & puritatem illorum eruto rostris cano
 perturbent. DEVS bone! quam difficilis pro veritate pugna! qui
 ronchi, quae caluminae, sarcasmi, diuerbia, non perferenda? Haec
 ille! Neque reliquorum litteratorum occupationes a taedio, mo-
 lestia, ac sudore immunes censendas esse, facile quilibet τὰ
 αὐτῶν, quod aiunt, largietur, qui aciem ingenii meditationibus
 conti-*

continuatis debilitari ac hebescere nouit. Hac occasione itaque non possum non commemorare ingeniosam inscriptionem in foribus Musaei Zachariae Ursini conspiciendam:

Amice quisquis huc uenis,

Aut agno paucis, aut abi,

Aut me laborantem adiuis.

ut testatur *Melchior Adamus in Vitae germanorum Theologorum* p. m. 257. edit. in fol.

(****) Homines, in statu economico viuentes, laboribus molestis exerceri ac diuexari, nemo est, qui inficias it aut ire potest. Illi enim maximam partem, manuum perficiunt opera, quos *Paulus* iubet laborare, operantes bonum manibus *Ephef. IV. 28.* quosque *Dauid* amoena permulcet laetaturque promissione, quod laborem manuum sint comesturi *Pf. CXXIIX. 2.* sicque in beatis collocandi, *ib.* Interim in omni aerumnarum copia hos, aliosque intimo perfundere potest solatio, iucundissimam carni voluptatem nil nisi spinas secum vehere, animae satis noxias, ad eoque melius omnino esse, diuinae se, in perferendis laboribus honestis, submittere voluntati, etiamsi & hi variis iniucunditatis obfiti sint tribulis. Egregie *Augustinus* in *Psalmum CII. Opp. Tom. 8. fol. 254. col. 3.* Non est, ait, ex ira DEI, fratres mei (quod homo laboret). In sudore vultus tui, & in labore edes panem tuum, & terra spinas & tribulos pariet tibi. Ab auctore nostro dictum est. Aut si est aliud vita nostra si poteris conuertere ad aliquam voluptatem, ubi spinas non senties? Elige quod volueris, esto auarus, luxuriosus, ut duo ista sola non dicamus, adde tertium, ambitiosus. In honorum cupiditate quantae spinae? In luxuria libidinum, quantae spinae? In ardore auaritiae quantae spinae? Amores turpes quantas molestias habent? Quantas sollicitudines hic in ista vita. Omitto Gebennam. Vide, ne iam ipse tibi Gebenna sis. Hoc enim totum, fratres mei, de ira ipsius est, & cum te conuerteris, ut iuste agas, non poteris nisi laborare in terra, & non finitur labor, nisi cum finita fuerit via. Oportet in via laborare, ut in patria gaudea-

gaudeamus. Ergo consolatur promissione sua, laborem tuum, sudorem tuum, molestias tuas, & dicit tibi: Non in finem irascetur neque in aeternum indignabitur.

(*****) Labores se diffundere per omnes status, indicat B. Job. Botfaccus in moralibus Gedanensibus voc. Labor p. m. 517. laborem, alium constituens animi & ingenii, e. g. meditationem, considerationem rerum sublimium &c.; alium corporis, e. g. rusticorum, opificum, manuarum artes exercentium &c.; item alium vocans Chori, alium Fori, alium Thori, mox subiungens: Chori, est labor Doëtorum verorum aut falsorum 2. Cor. II. 29. Cap. XI. 13. 27. &c. sive Auditorum 1. Cor. XV. 58. Cap. XVI. 16. 2. Cor. I. 10. 11. Fori, Magistratus, Thori, sudor oeconomicus Ps. CIV. 22. 23. Prou. XXXI. 13. Colophonem huic assertioni addam ingeniosissimis B. Erhardi Weigeltii, Ienenis olim luminis ac mathematicum Professoris incomparabilis, meditationibus im Wienerischen Tugend-Spiegel Cap. II. n. 13. p. m. 68: Die Rechenhaftigkeit ist ein rechenhaftliches Addiren, und respectiue ein Multipliciren der Haab und Güter, welche, weil sie theils zu unserer, und theils zu unsers Nächsten Nothdurfft angewendet, und so fern consumiret werden müssen, hat man auch dahin zu trachten, wie man durch Addition den Abgang wiederum ersetze, und bey wachsenden Hauswesen die Multiplication der Haab, zur endlichen Division, nach Anzahl unserer Erben (damit einem ieglichen ein wenig bleibe) mit Rechenhaftigkeit anstellen möge. Dieses nun geschieht durch fleißige doch rechenhaftliche Sorg und Arbeit, deren Muster die Antseisen von sich abzuziehen geben. . . Diese Thierlein heißen mit zusammengezogenen Ohren, Antseisen, davon kommt der Name Rechenhaftigkeit. Die muß ein ieder Mensch, wo er ein rechter Mensch (als eine thätige nicht müßige Creatur) seyn will, ausüben, Er mag seyn in welchem Stande er will, wenns nur ein ehrbarer und gütlicher Stand ist, und wenn nur die Übung rechenhaftlich (daß man rechte Rechenhaftigkeit und Ursach davon geben kan,) geschieht. Denn Gott wil keine faule Leute zu seinen Rittern haben. Er wil diese nicht vor Ritter halten, welche

welche auf der Bären-Haut immer stille liegen, weder sorgen noch arbeiten, weder sich noch andere mit Rechenschaft einrichten oder dirigiren, noch sonst was rechtes auszurichten haben, u. s. f.

ASSERTIO III.

IN exantlandis laboribus (*) & timoris DEI, (**) (præferatim quoad occupationes communes) temporis, (***) modi, (****) & quietis, (*****) habenda est ratio.

(*) Licet dictum nostrum: *In sudore vultus comedas panem*, non nisi exantlandos nobis proponat labores, tamen collatio *tertii Præcepti*, ac consideratio *conditionis humanæ*, facile quemlibet in assensum rapiunt, timorem DEI, aliaque momenta, non excludi ac remoueri.

(**) Genuinus ac haud infucatus DEI timor cuiuslibet, vitæ suæ negotiis decenter inuigilaturus, curæ esse debet cordique, ut summum Numen habeat propitium, blandamque ipsius opem ac benedictionem sibi queat promittere. Hinc diuinus Psalmista ex timore DEI, velut fonte insigni, optatos laborum successus, quasi fluentia amoena, deriuat, inquit, *Psalm. CXXIX, v. 2. Beatus enim timens Jehouam, qui ambulat in viis eius. Laborem enim manuum tuarum comedes. Beatus es & bonum tibi*, item *v. 4. En! namque sic benedicitur viro timenti Jehouam*. Postquam quoque sapientissimus Regum mulierem virtuosam, graphice descripsisset penicillo, ut industria præditam egregia *Prov. XXXI, 13, 15, 17, 18, 19*, pariter atque industriae fructu insigni donatam *v. 14, 16*; mox quoque *timorem DEI*, tanquam omnium bonorum scaturiginem, tacite ad animum vocat, scribens *v. 30: Mulier timens Jehouam, hæc laudabitur*. Et eum, qui vero DEI timore ac ingenua pietate coruscat, non potest non indefessis vacare precibus; Hinc Amatorum DEI nemo se ad negotia sua peragenda accingit, nisi prius aures DEI, ut propositum
D
prospe-

prosperè cedere iubeat, obtulerit, suspirans ex *Psi. XC, 17.* *Opus manuum nostrarum dirige super nobis, opus, inquam, manuum nostrarum hoc dirige.* Ex Gentilium choro *Lacones, ad-mota manu ad laborem, fortunam invocandam esse monebant, scil. cum precibus laborem iungendam esse censentes,* scribente *Borsacco in Moralibus Gedan. p. m. 518.* Eadem quoque, vel gemina precatio in medio laborum cursu resonet necesse est. Hac sane ratione ros benedictionis diuinæ non solum spiritalis, sed etiam corporalis in orantem depluet. Id ipsum in animum nostrum insinuare voluerunt pii veteres, narrantes, Viro cuidam pio, ingruente annonæ caritate, de honesta sui sustentatione valde sollicito, nocte concubia, in somnia visos esse tres *Angelos, primum flexis genibus orantem ex Psi. CXXI, 1. Tollo oculos meos ad montes, unde venit auxilium meum? Alterum ex terræ gremio effodientem rapas, additis verbis Gen. III, 19. In sudore vultus comedas panem; Tertium denique rapas colligentem, asseruantemque, dicendo ex Job. VI, 22. Collegate superflua fragmenta, ne quid pereat,* inde vero hominem istum, animo pendentem, didicisse: *Orandum esse ardentem, laborandum decenter, residua asseruanda prudenter, & hac ratione providentiam DEI enutrientem certo secuturam, Psi. XXXIII, 18, 19. Vid. Ernstii Schatz-Kammer p. 398. & Mülleri Biblia in Historiis Num. 752. p. m. 249.* Eodem arbitrio notum illud prouerbiale monitum: *Ora & labora, DEVS a-derit sine mora.* Acta hoc expertam esse societatem Piscatorum, ad verbum Domini *retia euertentium,* probatissimo suo testimonio comprobatur *Lucas Cap. V. 5, 6.* Nec silentio prætermittere possum notabilem plane historiam, a *B. Schimmero, Symmista olim Wittebergensi, in Concienibus in Canticum: Wer nur den sie-ben Gott läßt walten,* ejusque *Praefat., & ex eo a B. Joh. Chri-stoph. Oleario in dem Evangelischen Liederschatz P. III. p. m. 50.* relatam, degisse scil. *Paleo-Brandenburgi magistrum quendam artis pistoriae, ad egestatem fere redactum. Hunc vero Socium operarum suarum forte accepisse, pium atque probum, qui, medios inter labores, memoratum indies ingemina-*
bat

bat canticum: *Wer nur den lieben Gott* &c.; illud vero, utpote
 tum nondum omnibus notum, multos viris ineolas allexisse,
 ut accurrerent, ac panes suos huic Viro coquendos committe-
 rent ac conficiendos, & hac ratione factum esse, ut ad lautio-
 rem Pistor iste perueniret sortem. Ita precibus ac suspiriis
 ardentibus DEVS pondus addere suevit. Nec est, quod *obii-*
cias, dari homines haud paucos, DEVM sincere timentes, &
 tamen penuria omnium rerum laborantes, uti vel solum *La-*
zari exemplum condocere nos potest, *Luc. XVI. 26.* Nam
 corporalia bona a DEO tantum promitti piis, sub hac tacita
 conditione, *si eorum largitio fuerit salutaris*, extra dubitationis
 aleam positam est. Hinc supremum Numen denegat non-
 nunquam suis prosperitatem temporalem, affluentiam diuitias-
 que, quia optime nouit, talia in eorum utilitatem cessura haud
 esse, quem tamen defectum abundantia bonorum spiritualium,
 animam nostram permulcentium, e. g. fiduciae, patientiae, gau-
 dii in DEO, & similibus, non refarcire non assolet. *Pf. XXXIV.*
II. Prou. XIII. 7. Comp. B. Hoepffeneri Locos Theol. Loc. 30.
p. m. 422. & B. Meebii Theolog. Canon. Canone 138 p. 401. f. 99.

(***) *Temporis* rationem ita habere oportet, ut diebus sacris, qui
 cultui diuino publico pariter atque priuato inprimis destinati
 sunt, communes praesertim, ac oeconomici labores (profano-
 rum nomine vulgo venientes) v. g. Mercatorum, Opificum,
 Agricultorum, aliorum, extra summum forte necessitatis casum,
 cessent ac intermittantur, instar manna diebus profestis colli-
 gentium, Sabbatho quiescere iussorum, *Exod. XVI. 5. 26.* Im-
 perat id *teritium Praeceptum: Memento diei Sabbathi, ut cum san-*
ctifices, Exod. XX. 8, & v. 9, 10.: Sex dies laborabis, & facies o-
mnne opus tuum. At dies septimus Sabbathum esta Jehouae DEO
tuo &c. Licet enim circumstantia septimi praecise in heb-
 domadis circulo, diei, ad legem pertineat ceremoniam, ad-
 eoque Christianos in N. T. non obliget, vnius tamen in heb-
 domade lucis celebratio omnino *iuris est moralis*, & perpetui,
 adeoque omnes omnino homines, nemine excepto, ad sui ob-
 seruantiam obstringit, quicquid in contrarium sentiant, doce-

antque, post Sacinianas infideles, *Burmannum in Berichte vom Sabbath*, in calce der *Biblischen Werke* p. m. 1385 seqq., separatim etiam foras edito, ac noris instructo a *Linckogelio*, & *Spencerum de Legibus Hebraeorum ritualibus Lib. I. Cap. V. Sect. 13. p. m. 94.* edit. in fol., cum inconsiderata Fanaticorum turma, *Joh. Sam. Stryckius in Tract. de Jure Sabbathi* p. 28., Christianos in N. T. lege de Sabbatho, utpote plane ceremoniali, non teneri, adstruens, id quod iure refellit *Magnif. Dn. Praeses in Dissert. de Compositione cordis ad timorem DEI, Sect. III. §. 15. p. 61. seqq.* Postquam vero sub ipso vernantis noui foederis diluculo, canorum Christianorum coetus primum diem, scil. Dominicum, in locum septimi, gratam resurrectionis Christi memoriam sic feliciter instauraturus, suffecit, subrogauitque, (id quod haud obscure ex *Act. XX, 7*, *1. Cor. XVI, 1, 2*, *Apoc. I, 10.* liquet, & auctoritate *Justini Martyris*, *Augustini*, aliorum, comprobatur a *B. Moebio in Quaest. : A quibusnam dies Solis sit consecratus diuino cultui?* quibus iungi potest *Eusebii, Episcopi Alexandrini, Oratio de die Dominico*, ex versione *Joh. Guil. Janii*) iure nos eundem, tanquam *Sabbatum Christianum*, ad cultus diuini exercitium impendimus, totumque sacris meditationibus, actionibusque piis consumimus, non derelinquentes congregationem nostram *Ebr. X. 25.* Calculo enim albo omnino digna censemus sequentia *Speneri* verba in *Consiliis Latinis P. II. p. m. 26*: *Mentibus piis & suae salutis vere cupidis - - ex Scriptura S. & analogia diuini ordinis, persuadeamus, ut agnoscant, quantum hoc beneficium sit - - unum diem a sollicitudine & strepitu saeculi, benignissimi Patris coelestis bonitate exemptum, nobisque concessum esse, quo illi soli vacemus, animamque nostram coelestibus bonis reficiamus, & Sabbatho praeparemus aeterno.* Compara *B. Balduini Casus Conscientiae* p. 351. seq., *B. Alberti diff. de Sabbathi sanctificatione & profanatione, Sect. 1. §. VII. & XVII.* *Schwerdtneri Vindicias Moralitatis diei Dominicae* p. 3, 96, *Stempelii disp. de Sabbatho Christianorum Tbes. III. & VII. Quensted. System. Part. IV. pag. 35. seqq.*
Aucto.

Auctores der Unschuld. Nachr. An. 1702 p. 1060, An. 1703 p. 206, Brunmannum de Quiete Sabbathica, ex Reformatis, Marckium in Exercitationibus Scripturariis, Exerc. 31, p. 426, & Becmanni Lineas Doctrinae Moralis Cap. XV. S. X. pag. 346. seqq. Adde Dn. Coleri Theologische Bibliothec Part. XXI. pag. 885. seqq. Qui itaque tempora sacra bene collocant, timoris sic diuini specimina debira edentes, de exoptata laborum suorum, diebus profectis susceptorum, benedictione dubitare non habent opus, cum pietas ad omnia sit vriles 1. Tim. IV. 8. Aufcultemus B. Sigismundum a Bircken im Sonntags Zandel und Kirchen: Wandel p. 31. : Alle unsere irdische Arbeit und Ergöbung ist eitel, und nichts, und dienet allein dem Leibe dem Erd: Klumpen. Die Verrichtungen der Wochen: Tage sind sechs Nulla, oder nichts lautende Zahlen. Sollen sie vor Gott etwas gelten, so muß man die andächtige Sonntags: Feyer voransehen, alsdenn wird eine grosse Zahl 1000000 daraus werden, die uns mit viel Segen überschüttet. Conf. Matth. Halsus Unterricht wie der Tag des Herrn soll gehalten werden.

(****) *Modi laborandi, ac moderationis habendam esse rationem in dubium vocare nequit, qui humanae infirmitatis conditionem iusta iudicii libra expendit. Quod enim caret alterna requie, durabile non est, & qui absque omni remissione, ac reparatione virium, neruos siue mentis siue corporis in aliquid peragendum intenderet, non posset non tandem fatiscere, immo ipsam vitalem amittere auram. Fides instrumentorum musicorum nimis distentae, disrumpantur oportet. Arcus nimis tensus, vigore orbatur debito, vt telis inde cuibrandis non amplius sufficiat; ita nimia concatenatorum negotiorum continuatio animum frangit, corpus prostrernit, ineptumque hominem reddit, ad futuram partium officii executionem. Ingeniose Ouidius Lib. I. de Ponto, canit:*

Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis.

Immodicus contra carpit vtrumque labor.

Apposite huc pertinet egregia Johannis Euangelistae responsio,

venatori cuidam, si *Johanni Cassiano Collatione XXIV. Cap. XXI. p. m. 123. seqq.* sub finem *Opp. Damasceni*, fides habenda est. Ita enim verba *Cassiani* fluunt: Fertur *Beatissimus Euangelista Johannes*, cum per dicem manibus molliter demulceret, quendam ad se habitu venatorio versientem subito conspexisse. Quis miratus, quod vir tantae opinionis ac famae, ad tam parua & humilia se oblectamenta submitteret. Tunc es, ille *Johannes*, cuius fama insignis ac celeberrima me quoque summo desiderio tuae agnitionis illexit? Cur ergo oblectamentis tam vilibus occuparis? Cui *Beatus Johannes*: Quid est, quod manu tua gestas. At ille, arcus, inquit. Et cur, ait, non eum tensum vbique semper circumfers? Cui ille respondit: Non oportet, ne iugi curamine rigoris fortitudo laxata mollescat, atque depereat, & cum oportuerit, ut fortiora in aliquam feram spicula dirigantur, rigore per nimietatem continuae intensiois amisso, violentior ictus non possit emitte. Nec nostri, inquit *Beatus Johannes*, animi te offendant, o iuuenis, tam parua haec brevisque laxatio, quae nisi remissione quadam rigorem intentionis suae interdum releuet, ac relaxet, irremisse vigore lentescens, virtuti Spiritus, cum necessitas poscit, obsecundare non poterit. Simile quid de *Antonio*, Eremita, memoriae prodidit *Zwingerus* in *Theatro vitae humanae Vol. VII. Lib. II. p. m. 1703. b.* Concludam haec notabilibus verbis *Plutarchi de sanitate tuenda. Opp. Tom. II. p. m. 137.* Ut camelo usu venit, quod ei bos praedixerat, cum eidem seruirent Domino, & parte oneris leuare ipsum camelus recusasset, fore ut paulo post, & ipsum, & totum onus, cogere tur gestare (mortuo enim bove, id impletum est;) ita animo quoque contingit, ut dum defatigato corpori, & quietem flagitanti, nullam remissionem concedere vult, paulo post febris orta, aut vertigine, libris & disputationibus omissis, cogatur vna aegrotare ac dolere.

(****) Quietis habendam esse rationem, ipsa necessitatis lex omnibus iniungit. Quemadmodum enim prima luce homo exit ad opus suum, & ad laborem suum usque ad vesperam *Ps. CIV. 23.*; ita noctu quiete somnoque frui oportet, ac artus, varia

varia negotiorum mole pressos, recreare, quo sic alacres denuo euadant perferendis nouis occupationibus, vitaeque molestiis. Hinc Paulus 1. *Thess. V. 7.* *Qui dormiunt, ait, noctu dormiunt.* O ter quaterque beatos! qui sic, turpi exulare in illo otio, honestis inuigilant laboribus! *Seuerus Imperator Tribuno hoc symbolum dari iussit: Laboremus! Coelestis noster Imperator idem nobis iniunxit: Laboremus in pietate, in probitate,* scribente B. Botfacco in *Moralibus Ged. p. 518.* Id si factum fuerit, summum Numen felici conatus istiusmodi coronabit successu, quietemque & animi & corporis amoenam largietur *Pf. CXXVII 3.,* longe relegata anxietate cordis molesta, quid? quod denique perennantem & nunquam finiendam impertietur quietem in coelestibus habitationibus percipiendam *Apoc. XIV. 13.*

ASSERTIO IV.

Valde ergo allucinantur, (*) regiamque migrant viam, post veteres MESSALIANOS (**), GICHTELIUS, errorisque Socii (***) cuncta externorum ac vulgarium praesertim laborum, ad acquirendum victum & amictum comparatorum, genera, audacter reiicientes atque salutis aeternae noxia proclamantes.

(*) In aprico positum esse errorem *de non laborando*, oppido elucet ex clarissimo dicto nostro: *In sudore vultus tui comedas panem.* Quoniam enim quilibet ad labores compellitur, a ianua non potest non insigniter aberrare, qui omnia laborum genera proscribere audet.

(**) *Messalianorum*, seu, uti alio nomine insigniri assolent, *Euchetarum* Secta surrexit saeculo, post natum Seruatorem, IVto, qui *EVCHETAE* dicti fuere a vocabulo graeco *ΕΥΧΗ*, quod precationem significat, & *MESSALIANI*, a voce Syriaca *Metfalach*, quae eandem habet significationem, quod omnem religionem in precibus ponerent, ut legere est in *Josephi Binghamii Originibus Ecclesiasticis Vol. IV. Lib. XI. Cap. II. §. V. p. m. 159.*, ex versione *Grisshouii.* *Epiphanius Haeresi LXXX. Opp. Tom. II. p. m. 1067.* eos vocat *Messalianos*, subiungens, hanc vocem significare *orantes,*

tes. Primipilos horum Erronum egerunt, *Dadoes, Sabbas & Adelpbius*, cum *Herma, & Symeone*, teste *Theodoreto Histor. Eccles. Lib. IV. Cap. XI. p. m. 163.*, qui insimul memoriae prodidit, *Enthusiastarum* quoque nomen iis adhaesisse, quia Daemonis cuiusdam, pro Spiritu S. ab ipsis venditati, impulsu fuerint acti. In dogmatibus, longa serie percensitis, *Damasceus libro de Haeresibus Opp. p. m. 582.* hoc etiam numerat, quod *detestentur, quicquid manibus operantur, ut deforme & indecorum Christianis, dicantque, se ipsos pauperes esse spiritus.* Idem suo testimonio comprobatur *Theodoretus l. c.* scribens, ex translatione latina *Valsi*: *Qui huius erroris labe penitus corrupti sunt, opus manuum auersantur ut vitium.* *Augustinus*, Hipponensium Praeful dexterrimus, insimul fontes allucinationis, Scripturae nimirum effata haud recte intellecta, deregit, pariter atque suum interponit iudicium, in *lib. de Haeresibus ad Quod vult deum, Haer. 52. Opp. Tom. VI. f. m. 6.* sequenti modo: *Psallianorum potestatem ponit Epiphanius haeresin, quod nomen ex lingua Syra est. Graece autem dicuntur Εὐχραι, ab orando sic appellati. Tantum enim orant, ut eis, qui hoc de illis audiunt, incredibile videatur. Nam cum Dominus dixerit: Oportet semper orare & non deficere (Luc. XIX. 1.), & Apostolus (1. Theff. V. 17.): Sine intermissione orate, quod sanissime sic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi, isti ita nimis hoc faciunt, ut hinc iudicentur inter haereticos nominandi.* Officio autem hic suo, *Advocati* nimirum omnium haereticorum ac Planorum ordinarii, deesse noluit notissimus *Godofr. Arnoldus in der Kirchen- und Regez-Histor. P. I. Lib. IV. Cap. 8. S. 54. seqq. p. m. 205.*, quippe qui, nescio quam innocentiae laudem *Messalianis*, quam crudelitatis, in eos exercitae, maculam *Orthodoxis*, corrasis vndique, & haud fideliter adductis *Scriptorum antiquorum monumentis*, tribuit. Sic e. g. *S. 54. p. 205.* scribit: *Inzwischen bekennen doch ihre eigene Feinde selber, daß sie sich NB. um keiner Lehre willen, von der Kirche abgesondert haben, prouocans ad Theodoretum. Sed Theodorethi verba ita tantum fiunt l. c. οἱ τῆς ἐκκλησιαστικῆς οὐκ ἀπέστησαν κοινότητος, i. e. qui se ab Eccle*

Ecclesiastica communione neutiquam separarunt. An hic extat *Arnoldi* additamentum: *Nullius doctrinae causa*, um keiner Lehre willen? Praeterea *Arnoldus* meram dictatoriam auctoritatem, in excusandis ac defendendis his erroribus, prae se fert, vt cum *Messalianos* vocare non veretur: Eine Arth Leute, die kein geringes Zeugniß von dem Verfall der Christen zu ihrer Zeit abgelegt haben. Audimus hic assertionem *Arnoldi* sat liberam, nullam vero probationem idoneam. Equidem, nonnullis interiectis, scribit: Daß sie auch wider den eingerissenen Aberglauben gezeuget, erhellet aus der Klage der Orthodoxen, wenn sie sich beschweren, daß die Messalianer gleichwol die Kirchen und Altäre verachteten, weil sie sprächen: Es sey genug, wenn sie in ihren Bet-Häusern beteten, und liege an der Kirche nicht. Quam ficulnea autem, quam lubrica est haec argumentatio: Messaliani despectui habuerunt Tempa ac Altaria, sufficere causati, si in suis orationum domibus preces funderent, neque aliquid in templis situm esse. Ergo contra superstitionem gliscentem testimonium perhibuerunt. An enim in Templorum ac Altarium vsu indecens consistit superstitio? An superstitionis infamia notari potest, conuenire in Templis, cultus diuini gratia, ac apud Altare sacra frui Eucharistia? An contra superstitionis labi se opponunt, qui conuentus publicos in Templis nauci habent, a coetu Ecclesiastico se separant, ac priuata instituunt conuenticula? Sane Apostolum in *Corinthios* eapropter acriter inuehi, quod Ecclesiam DEI contempserint, liquet ex 1. *Cor. XI, 22.* At scopi praefixi ratio non patitur, latius in campum hunc amplissimum ingredi, quippe qui contenti sumus, vno duntaxat vel altero specimine declarasse, quam parum fidei temerariis *Arnoldi* dictionibus adhibendum sit, quam toto corpore & omnibus vnguiculis in id enitatur, vt, missa veritatis amicae semita, patrocinium hominum, a veteri Ecclesia male audientium, in se suscipiat. Interim, quod ad praesens facit institutum, *Arnoldus, imputatum Messalianis esse, ait, deuitationem omnis manuum laboris, man habe ihnen beygelegt, als hätten sie alle Hand-Arbeit gemieden, und als geistliche Leute kein sinnliches Werk mehr zu thun vorgegeben, l. c. §. 58. p. 207.* Sed inuicā veritate, id illis tributum esse, neque compro-

E

bat

bat neque comprobare potest, quare nulla quoque nos ratio compellit, eosdem hac dica, contra concordem antiquitatis testificationem, absoluendi. Vnicum ergo id, antequam huc abeamus, adhuc ostendendum restat, nihil roboris inesse fundamentis *Messalianorum*, quibus suam, de intermittendis laboribus, solisque precibus fundendis, opinionem suffulcire conantur. Nam *semper nos orare iubet* Seruator dulcissimus *Luc. XII. 1*, *indefinenter precari*, Apostolus laudatissimus *1. Thess. V. 17*; Enim vero id non tam de effectu, seu perpetuo orationis exercitio, ac actu, quam affectu, seu orandi voluntate ac pronitate, intelligendum esse, vel inde ad oculum liquet, quia alias ne somnum quidem capere liceret, ac fessa corpora quiete alterna refocillare, quod conditioni humanae penitus repugnaret. Adhaec medios inter laborum vulgarium strepitus, precibus tamen ac suspiriis cordis locus esse potest ac debet, ingemiscendo e. g. *Propitius esto DEUS mihi peccatori*, vel: *in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum*, & sic porro. Comp. *B. Wegneri disp. de precibus iaculatoriis*. Hinc, non obstantibus occupationum incommodis, verus Christianus, animae desideria ad coelum mittere potest, ac consequenter optime secum inuicem consistunt, consonantque haec duo: *indefinenter orare. Et vocationis negotiis vacare*. Denique semper precari, idem significat, ac *frequentissime precari, quemadmodum etiam alias voces, ὡς πάντως, it. vovros, ὡς ἡμέρας, in simili argumento usurpatae, ita explicari debent, ut frequentia actus, ac studium frequens, nec facile remittens indicetur. Ita Joh. XVII. 20. Christus ait, se πάντως docuisse in Synagoga Et in Templo, h. e. saepissime, loquor cum Cel. Dn. Wolfio, Hamburgensium Theologo doctissimo, in Curis in IV. Evangelistas Et Acta b. l. p. 720. Confer adhuc Rechenbergii Summarium Histor. Eccles. p. 122, Junckeri Kirchen-Histor. Saec. IV. p. 218, Carpzou, Tugend-Sprüche p. 527. Et Stockmanni Elucidarium Haeresium voc. Echetae p. m. 331. & voc. Messaliani p. 547. seqq. qui etiam p. 548. refert, excommunicatos esse, quicumque ex affectis manibus laborarunt.*

***) *Gichteliani (Fratres quoque Angelici dicti) Sectae Auctore vsi Gichte-*

Gichtelio, praesertim, post Primicerii sui ex hoc mundo abitum, Anno huius saeculi MDCCX. Amstelodami insecutum, in *Bataviae oris* innotescere coeperunt, *Lugduni Bataavorum*, *Joh. Wilhelmo Vberfeldio* (cuius vitae curriculum descripsit *Dn. Reinhardus in der Prüfung der Engels-Brüderschafft p. m. 320. seqq.* & *ex eo Walchius in der Einleitung in die Religions-Streitigkeiten der Lutherischen Kirchen P. II. p. 800.*) & *Amstelodami*, *Joh. Georg. Pronnero*, deliria Gichteliana propagantibus, & a fitu & obliuione vindicare allaborantibus. Mox quoque huius furfuris haud pauci in varias Germaniae ciuitates, *Berolinum*, *Magdeburgum*, *Nordhusam*, concesserunt, ita vt *Nordhusae* Societas haec Fanatica feliciter & detecta, & dissipata fuerit. Vid. *Walch. l. c. p. 802. seqq.* Quemadmodum ergo *Gichtelius*, eiusque sputum lingers *Affectae*, varios errorum abortus excluderunt, foueruntque, qui larga manu allegati ac proscripti sunt a *Dn. Reinhardo in excitato Tractatu*; Ita enim infensos se praebuerunt laboribus, ad victum comparandum facientibus, docentes, *genuinis Christianis tantum orandum, non autem laborandum esse*, vti iam ex *D. D. Cypriano* notauit *Magnif. Dn. Praeses in Diff. §. XIV. p. 27. Totam Gichtelii & Gichtelianorum mentem neruose sic edisseruit D. D. Walchius l. c. p. 808*: Wenn man ein Melchisedechischer Priester seyn wolte, so müste man äußerlich nicht arbeiten, noch ein gewisses Gewerbe vornehmen, um damit etwas zu verdienen, und sich fortzubringen, sondern seines Glaubens allein leben, so daß man durch das gläubige Gebet, sich das tägliche Brodt dergestalt schaffe, daß selbiges einem andere vor sich, und willig bringen müsten. Bekäme ein Melchisedechischer Priester mehr Almosen, als er zu der Zeit, da er solches erhielt, brauchte, so müste er das Ubrige den andern Armen wieder geben. Man müste auch nicht betteln, noch andere Leute um etwas ansprechen, sondern nur erwarten, bis sie einem vor sich was brächten; Gesetzt aber man bekäme nichts, man befände sich in der äußersten Lebens-Gefahr, müste man eher sterben, als von der einmahl erwählten gänzlichen Armuht ablassen; in dem solche Armuht zur Seeligkeit schlechterdings nöthig wäre. Et ne iniustam his Erronibus dicam impingere forte videamur, vnum atque alterum ex *Gichtelii Theosophia practica*, vt fidem dictis

faciamus, cogere locum ac allegare, operae omnino erit pretium. Ita namque diserta eius resonant verba *P. I. p. 332. n. 22.* : Ein Pferd gewinnet seine Kost auch mit schweren ziehen, bleibet aber ein Pferd; wir aber sollen nicht Thiere bleiben, sondern aus dem Thier dringen, und NB alles verlassen; So will GOTT uns wieder alles hundertfältig zu werffen, und auch das ewige Leben dazu geben. *It. P. II. p. 901. n. 14.* : Durch diese Übung sind wir von äusserlichen Wercken (Arbeit) abkommen, die weil man unmöglich zweyen Herren dienen kan, und in einem stetigen Kampff stehen muß wider die Finsterniß. *Item P. V. p. 3372. n. 10.* : Wir müssen entweder auswändige Christen seyn, und im Geist dieser Welt arbeiten, dem Mammon zu dienen, (En laborantes verorum Christianorum numero eximuntur, & ad laboris executionem in invidiam adducendum, Mammonae seruire dicuntur) oder inwendig mit dem geistlichen Drachen, des eigenen Willens streiten, und GOTT dienen, (En! labore abstinentes, DEO, ex Gichtelii sententia, seruiunt). Einem Herrn müssen wir dienen, und Lohn empfangen, der aber zweyen Herren dienen will, thut keinem genügen. Et quemadmodum *Gichtelius* eos demum *genunorum Christianorum* classi accenset, qui laborem externum defugiunt; ita etiam abstinentiam a labore istiusmodi (quam *paupertatis Christi* nomine inactat, saltem sub eo comprehendit) pro *unico salutis aeternae medio venditare* non veretur, impudenter scribens *P. II. p. 144. n. 11.* : Die Menschen erschrecken hefftig vor der Armuth Christi, und ist doch NB. der einzigste Weg zur engen Pforte, &c. &c; *item P. III. p. 2292. n. 2.* : In der Armuth Christi stehet Gottes Krafft bedeckt. Und wer nicht diesen ersten Trapp Christi aufflimmet, kan NB unmöglich GOTT gleichförmig werden. In eodem tenaci *Vberfeldium, Michelmannum, alios*, haerere luto allegatis eorum sententiis, commonstravit *Dn. Reinhardus l. c. p. m. 123 seqq.*, vnde prolixiori hic opera merito super sedemus. Nempe turpe otium impudentes Angelici eligunt, ac *Sacerdotii*, cuiusdam *Melchisedeciani*, munus, quouis multo recentius, in expiatione peccatorum totius mundi, reconciliatione etiam horum vel illorum hominum cum DEO, per precum ac certaminis con-

tinui

tinui virtutem, immo liberatione ipsorum damnatorum ex inferni faucibus (vid. *Gichtelium l. c. P. I. p. 336 n. 33 - 37.*) consistens, crepant. quod tamen vergit in ignominiam sacrificii Christi expiatorii sufficientissimi 1. *Job. II, 2. Ebr IX 26. Cap. X, 14.*, ac contemptum verbi divini, dicentis *fratrem non posse redimere alium Ps. XLIX, 8.* & emissionem ex Gehennae barathro non sperandam esse, *Es LXVI. 24. Matth XXV. 41. 46*; Eligunt, inquam, tale exitum. crepant tam monstruosum munus, ut ex aliorum sudore lautissime sustententur. Ita namque *Gichtelius l. c. P. I. p. 345. n. 14.* scribit: *Weil nicht alle Menschen Christi Soldaten sind, so ordnet Paulus wol, daß die andern wirken, und Christi Streiter unterhalten sollen. Darum machet euch Freunde, spricht Christus zu den Reichen. Conf. supra p. 14.* Sed mi *Gichtel!* quia paupertas, iuxta te, unicum est salutis medium, non poterunt ditiores, opibus abundantes, in coelestia intrare domicilia, nisi abiectis diuitiis, *paupertatem Christi*, quam vocas, in sui adoptarint peculium. Quod si itaque tuis curis ac vigiliis expiatoriis adiuti omnes, euaderent genuini ac perfecti Christiani, adeoque tecum externo labori nuncium mitterent, quis tunc te, si adhuc in viuis esses, foueret, quis Fratres tuos Angelicos enutrirer? Aut ergo concedendum erit, laborum peractionem cum vera Christianorum felicitate consistere posse, aut generi humano pereundum esse. Interim habet ex penario sacrarum litterarum deprompta argumenta, quibus colorem aliquem horridis suis placitis inducere, & fucum illinere studet, ne in ipso portu naufragium facere videatur, armaque turpiter abicere cogatur. Sed mirari iure subit, qui ad codicis sacri effata confugiat homo delirus, cum tamen alias externum verbum alto contemnat supercilio, & ad lumen internum, verbo externo quamlibet contrarium, se recipiat, vti *Affert. I. p. 8.* accepimus. Praeterea, quae pro coloranda opinione sua, in medium profert Scripturarum momenta, tam obtorto collo extrahit, ut ubique conspiciatur verberare aërem, ac nihil agere. Non opus itaque arbitramur in profligandis ac proscibendis omnibus eius commentis desudare ac elaborare, sed contenti erimus, potiora forte, quibus nititur, probationum fulcra diruere &

E ;

proster-

prostrernere, firmiter persuasi, reliqua tunc vitro concidere. Pro-
 uocat nimirum *P. I. p. 332. n. 21. ad Israelitas in deserto a DEO*
sustentatos, etiamsi laboribus non vacarint, inde colligens, posse nos
otiosam agere vitam, & tamen alimenta a Numine summo expectare.
 Die Israeliten in der Wüsten, ait, waren ein Typus, welches
 wir beherrschigen sollten. Wir haben ja einen täglichen Sabbath,
 Gott im Geiste zu dienen. At vero quem saltem committit in-
 consideratus homo, a miraculosa ac extraordinaria DEI prou-
 idencia, erga Israëlitarum populum exercita, concludens, ad or-
 dinariam, ad media diuinitus ordinata, preces ac laborem alli-
 gatam, *Gen. III, 19. Ps. CXXIIX, 1. 2. 4.* Annon enim diserte sapi-
 entissimus Regum scribit *Prou. XXIX, 19? Laborans terram su-*
am satiabitur pane, sed qui sequitur vanos, satiabitur paupertate.
 Deinde, inuita veritate, *Gichtelius*, miraculosam Israëlitarum in
 deserto conservationem, constituit typum nostrae aliturae. Et
 cur non contemplatur Israëlitarum gentem, in terra promissio-
 nis habitantem, hortos, vineas, agros, colentem, laboribusque
 vitam tolerantem? Cur non eam laborantem, typum hodiernae
 nostrae oeconomiae constituit? Denique quae de *Sabbatho quotidiano*
 subiungit, fanaticam tantum produunt mentem. Instat *P. II. p.*
993. n. 25, DEVM adhuc viuere, qui olim in deserti solitudine sex-
centa millia hominum enutriuit, quod is vero hodie geminam non di-
spendet bonitatem, nostram facere incredulitatem, Verba Viri ita con-
 cepta sunt: Die Vermunft gibt vor, wenn alle Menschen also
 arm wären, wer solte denn der Geber seyn? Resp. GOTT, der
 600000 Menschen in der Wüsten erhalten, lebet noch heute,
 daß ers aber nicht thut, ist unsers Unglaubens Schuld, dieweil
 wir nur eigene Götter seyn, und uns selbst ernähren wollen, &c.
 Enim vero turpiter se dat *Gichtelius*: Nam vbi promisit DEVS
 se nobis hodie, vt olim Israëlitis, in eremo peregrinantibus,
 miraculose victum prospecturum esse amictumque? Quomodo
 ergo incredulitatis insimulari queunt, qui extraordinariam istius-
 modi non praestolantur DEI libertatem? Annon potius, tale quid
 facere ausi, DEVM tentant, contra *Matth. IV, 10?* De cetero
 haud probamus, si aliquis se ipsum, procul fiducia in almam
 DEI

DEI providentiam, sustentare discupit, vt frustra sit *Gichtelius*, operantes omnes *idololatriae* vitii infimulare aufus, dicereque, *eos se ipsos velle enutrire*. Veniamus iam, tanto, quanto fieri poterit, sermonis compendio, ad nouam erroris incrustationem. Sermocinantem enim eum audimus! P. I. p. 381. n. 11.: *Neminem posse duobus dominis seruire Matth. VI, 24., considerandas potius esse aues coeli vers. 26. Ergo a laboribus abstinendum, & tamen vitae necessaria a DEO summo expectanda esse*. Ita enim fluunt verba viri: *Die Schrift wisset ihr: Niemand kan zween Herren dienen, it. Sehet an die Vögel unter dem Himmel, &c. ihr Kleingläubige*. Sed cadaverosa est illa raciotinatio. Christus enim dicto loco corripit auaritiae vitium, ac iniustum & cum sollicitudine coniunctum, opes corradendi & possidendi studium. Et hoc ipsum vocat *Seruitium Mammonae*, quod cum seruitio DEI consistere nequeat. Quid vero hoc facit ad exercitia laborum, debite absque auaritiae ac diffidentiae crimine, peractorum, eliminandum? Sane *Mammonae haud seruit*, qui iuxta mandatum diuinum negotia sua perficit, sed qui *diuitiis nimium inhiat, & iisdem cor apponit, Ps. LXII, 11.* Neque alterum non est ficulneum argumentum, *ab auiibus coeli petitum*. Nam considerare iubemur volucres, non vt a labore auocemur, & ad opes omnes plane abiiciendum extimulemur, sed vt anxiam sollicitudinem, animique aegritudinem, ratione alimoniae nostrae, deponamus, & ex animae pomoerius prescribamus. Mens itaque Christi huc redit: Ne pendere animo, o homines! intuitu victus vestri, neque de providentia diuina anxie dubitate, DEVS enim, qui curam gerit auium coeli, vos, multo auiibus praestantiores, neutiquam negliget, dummodo, quae vestri sunt officii, debita praestiteritis nauitate. Agmen claudat aliud viri ratiocinium, *Paulum scribere ad Timotheum, 2. Tim. II, 4: Nemo qui militat, implicat se vitae negotiis. Ergo labores omnes Certatoribus DEI esse deuitandos ac fugiendos*. Ita enim verba viri sonant P. I. p. 347. n. 4: *Paulus schreibet an Timotheum; Ein Streiter Christi wickelt sich nicht in Nahrungs-Händel ein, und appliciret Gottes Wort auf ieden Ruff, addens n. 6: Wenn ihr nun mit der Armatur Christi angethan, und euch darinn wer-*
det

bet gebet haben, soll euch unser General wohl ins Feld wider die Feinde führen, und für Brodt sorgen: Idem repetit *Part. II. p. 994 n. 30.* At vero sermonem piissimus Apostolus facit de militari corporali in applicatione ad Athletas spirituales, dignos praeprimis ecclesiae Ministros. Quemadmodum enim ille non implicari se sinit vitae negotiis, ac oeconomicis functionibus, e g. mercaturae, agriculturae &c., ita vt militari inde officio aliquod accrescat impedimentum; Sic neque hic nimis se immiscet occupationibus saecularibus, ne decenti spartae ecclesiasticae administrationi aliquid decedat. Non enim prohibentur omnia saecularia negotia, sed duntaxat sollicita in saecularia negotia immersio, quod e verbo ἐμπελάεσθαι, (implicari, instar muscae, telae araneae velocibus circuitibus ita se inuoluentis, vt explicare se iterum nequeat) Thomas, Erasmus, Espensaeus, & Justin. docent, scribente B. Calouio in *Bibl. illustrat. b. l. p. m. 10. 2.* id quod quoque inde elucet, quia Episcopus domui suae bene praeesse iubetur, *1. Tim. III, 2.* Compara B. Schomeri *Exegefin b. l. p. 188.* Quam utroque ergo pede claudicat haec consequentia: Athletae spirituales, sinceri praeprimis verbi ministri, non implicant se negotiis huius vitae, sed, caute tractatis parergis, provinciam impositam, omni solertia sustinent; Ergo genuinorum Christianorum est, cunctis, praesertim externis ac manuariis, laboribus abstinere. Veremur autem iure, ne Melchisedecianis, qui se ita appellare gestiunt, Sacerdotibus a summo iudice olim acclametur: *Nunquam noui vos, discedite a me operantes iniquitatem, Matth. VII, 13.* Alia adhuc, quae undique conuulsauit Gichtelius, argumenta nullius ponderis expugnauit, proseripitque D. Joach. Langius in *der Prüfung des Geistes in den Theosophischen Send-Schr. p. 136 seqq.*

Constitueram quidem plura Consectaria ex notabili dicto, quod fundamenti loco suppositum fuit, in medium afferre, indice praemissa Praefatione p. 2. At vero itineris, & ex hac Academia Rostochiensis discessus necessitas, filum meditationum abrumpere, & reliqua arbitratui **MAGNIFICI DN. PRAESIDIS** mei committere iussit, quare finem hic laboribus nostris imponimus, sed benignissimam DEI summi assistentiam immortalibus euehimus laudibus, vt non sit

F I N I S.

p. 25. l. 6. post: DEI (**). adde: ❁

DEI providentiam, sustentare discipit, vt frustra sit operantes omnes *idololatriae* vitii infimulare aufus, d eos se ipsos velle enutrire. Veniamus iam, tanto, quante erit, sermonis compendio, ad nouam erroris incur Sermocinantem enim eum audimus; P. I. p. 381. n. 11.: posse duobus dominis seruire *Matth. VI, 24.*, considerandas aues coeli *vers. 26.* Ergo a laboribus abstinentium, vitae necessaria a DEO summo expectanda esse. Ita enim f ba viri: Die Schrift wisset ihr: Niemand kan zween H nen, it. Sehet an die Vögel unter dem Himmel, &c. i gläubige. Sed cadaverosa est illa ratiotinatō. Christus e loco corripit auaritiae vitium, ac iniustum & cum sollicitu iunctum, opes corradendi & possidendi studium. Et h vocat *Seruitium Mammonae*, quod cum seruitio DEI con queat. Quid vero hoc facit ad exercitia laborum, debi auaritiae ae diffidentiae crimine, peractorum, eliminandi *Mammonae* haud seruit, qui iuxta mandatum diuinum ne perficit, sed qui *diuitiis nimium inbiat*, & *iisdem cor ap* LXII, 11. Neque alterum non est ficulneum argumentur *bus coeli petitum*. Nam considerare iubemur volucres, ne bore auocemur, & ad opes omnes plane abiiciendum e mur, sed vt anxiam sollicitudinem, animique aegritudi tione alimoniae nostrae, deponamus, & ex animae pom scribamus. Mens itaque Christi huc redit: Ne pende o homines! intuitu victus vestri, neque de providen anxie dubitate, DEVS enim, qui curam gerit auium co multo auibus praestantiores, neutiquam negliget, dum vestri sunt officii, debita praestiteritis nauitate. Agme aliud viri ratiocinium, *Paulum scribere ad Timotheum, 2 4*: *Nemo qui militat, implicat se vitae negotiis.* Er omnes *Cervatoribus DEI esse deuittandos ac fugiendos*. Ita ba viri sonant P. I. p. 347. n. 4: Paulus schreibt an Tim Ein Streiter Christi wickelt sich nicht in Nahrungs- und appliciret Gottes Wort auf ieden Ruff, addens n. ihr nun mit der Armatur Christi angethan, und euch da

